BIBLIOTHECA
SCRIPTORUM GRAECORUM
ET ROMANORUM
TEUBNERIANA

ANTHOLOGIA LATINA



LELAND · STANFORD · JVNIOR · VNIVERSITY

ANTHOLOGIAE LATINAE SVPPLEMENTA

VOL. I

DAMASI EPIGRAMMATA

ACCEDVNT PSEVDODAMASIANA
ALIAQVE AD DAMASIANA INLVSTRANDA IDONEA

RECENSVIT

MAXIMILIANVS IHM

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXXXV

DAMASI EPIGRAMMATA

ACCEDVNT PSEVDODAMASIANA

ALIAQVE AD DAMASIANA INLVSTRANDA

IDONEA

RECENSVIT ET ADNOTAVIT

MAXIMILIANVS IHM

ADIECTA EST TABVLA

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXXV

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

DIS · MANIBVS

IOHANNIS · BAPT · DE · ROSSI

ROMANI

PRAEFATIO

De Damasi epigrammatis recensendis iudicandisque nuper uerba feci Musei Rhenani uol. L (1895) p. 191—204, quae hic repetere nolo, praesertim cum plenius illa inlustrentur et confirmentur adnotationibus quibus carmina singula instruxi, spectantibus fere ad res philologas, grammaticas metricas prosodiacas. perfectiore autem commentario alii poterunt carmina enarrare digna quae diligentissime tractentur[1]), rerum ecclesiasticarum iudices peritiores, theologos dico boni ac fecundi seminis antiquitatis studia et disciplinam non detrectantes.

Composuit igitur, ut perstringam potiora, Damasus, qui pontificiam dignitatem tenuit ab anno 366 ad 384[2]), primus ut uidetur ex Christianis epigrammata plurima in laudes hominum sanctorum, martyrum maxime aliorumque[3]), quae partem maximam[4]) marmoribus incidenda curauit usus arte Furii Dionysii Philocali egregia.[5]) habuit autem *elegans in uersibus com-*

1) Rossi Bull. crist. 1884—1885 p. 24 sqq.

2) de uita gestisque hic non opus est disseri. notabiliora adumbrabuntur testimoniis infra positis, praeter quae adisis auctores in calce praefationis citatos.

3) elogium Irenes sororis n. 10, Proiectae feminae nobilis n. 53, Damasi ipsius n. 9; carmen de fontibus Vaticanis n. 4; inscriptiones aedium sacrarum n. 55. 57; carmen quo uotum soluit s. Felici Nolano n. 61.

4) epigrammata non lapidibus destinata n. 1 et 2, quibus tertium accedit dubiae originis n. 3* (u. infra).

5) scripturae huius Philocalianae uel, ut alii nuncupant, Damasianae specimina multa insunt in libris Rossii aliorumque infra adlatis (u. adn. singulorum carminum), ipse lapidum

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

DIS · MANIBVS

IOHANNIS · BAPT · DE · ROSSI

ROMANI

PRAEFATIO

De Damasi epigrammatis recensendis iudicandisque nuper uerba feci Musei Rhenani uol. L (1895) p. 191—204, quae hic repetere nolo, praesertim cum plenius illa inlustrentur et confirmentur adnotationibus quibus carmina singula instruxi, spectantibus fere ad res philologas, grammaticas metricas prosodiacas. perfectiore autem commentario alii poterunt carmina enarrare digna quae diligentissime tractentur [1]), rerum ecclesiasticarum iudices peritiores, theologos dico boni ac fecundi seminis antiquitatis studia et disciplinam non detrectantes.

Composuit igitur, ut perstringam potiora, Damasus, qui pontificiam dignitatem tenuit ab anno 366 ad 384 [2]), primus ut uidetur ex Christianis epigrammata plurima in laudes hominum sanctorum, martyrum maxime aliorumque [3]), quae partem maximam [4]) marmoribus incidenda curauit usus arte Furii Dionysii Philocali egregia. [5]) habuit autem *elegans in uersibus com-*

1) Rossi Bull. crist. 1884—1885 p. 24 sqq.

2) de uita gestisque hic non opus est disseri. notabiliora adumbrabuntur testimoniis infra positis, praeter quae adisis auctores in calce praefationis citatos.

3) elogium Irenes sororis n. 10, Proiectae feminae nobilis n. 53, Damasi ipsius n. 9; carmen de fontibus Vaticanis n. 4; inscriptiones aedium sacrarum n. 55. 57; carmen quo uotum soluit s. Felici Nolano n. 61.

4) epigrammata non lapidibus destinata n. 1 et 2, quibus tertium accedit dubiae originis n. 3* (u. infra).

5) scripturae huius Philocalianae uel, ut alii nuncupant, Damasianae specimina multa insunt in libris Rossii aliorumque infra adlatis (u. adn. singulorum carminum), ipse lapidum

ponendis ingenium teste Hieronymo de uir. inl. 103[1]), cuius elegantiae re uera uestigia adsunt, quippe cum 'elegantem' poetam ille sit imitatus, Vergilium. hinc etenim omnis pendet poeta christianus quantoque studio lectitarit Vergiliana carmina[2]), ex adnotationibus meis abunde apparebit. minime uero ueri poetae nomen meruit, id quod clamat carminum indoles, in quibus facile desideraueris non quidem studium breui-

---

uel fragmentorum nonnullorum imagines proposui in tabula huius éditionis et ad nn. 36. 54. 59a. 60 (cf. etiam Huebneri exempl. script. epigr. lat. nr. 1143). egimus de uiro illo eiusque calligraphia Rossius multis locis (e. g. Inscr. christ. I p. LVI, Bull. crist. 1884—1885 p. 19 sq.) et ego Mus. Rhen. l. c. p. 196 sqq. (u. adn. n. 18). litteris uolgaribus carmen exaratum erat n. 10 (u. adn.), litteris paene Philocalianis n. 8, litteris bonis sed non Philocalianis n. 17. ipsius Philocali manus agnoscitur in titulis 6*, 38*, 39*, 62a*, de quorum origine Damasiana tamen minime constat (Mus. Rhen. l. c. p. 198), imitatorum in nn. 15*, 16*, 34*, 50*, 51*, 58*, 89, 90 (u. delin.), 94, 96 (cf. adn. 19). de titulis tempore posteriore nouatis u. adn. 17. 18. 26.

1) infra in testimoniis transcriptus est locus.

2) imitationes Vergilianas congesserunt Manitius Mus. Rhen. XLV p. 316, Stornaiolo Studi et documenti VII p. 23, Amend Studien zu den Gedichten des Papstes Damasus p. 6 sqq., cf. Mus. Rhen. L p. 194. praeter Vergilium Ouidio usus est, sed multo rarius, Amend p. 10 (u. adn. nn. 2. 4. 8. 9. 10. 13. 14. 17. 19. 27. 53. 57); pauca quaedam Catullum (adn. 9. 29. 53), Petronium (27. 61), Statium (4. 8. 9. 49. 53), Silium (2. 12. 27), Iuuencum (1. 2. 4. 8. 53), Sedulium (1. 8. 23), Probam (1. 12. 18, u. Mus. Rhen. L p. 195, Stornaiolo l. c.) sapiunt, quibus tamen ne nimium ponderis tribuas moneo. Horatiana non occurrunt, neque enim illud *sub iudice* (adn. 18) quidquam ualet (MHertz Anal. ad carmin. Horat. histor. IV p. 19). — ex posterioribus Prudentium Damasi epigrammata nonnulla in ipsis lapidibus legisse ueri est simillimum (cf. adn. 12. 13. 27. 32. 37. 40. 42. 43), de aliis uelut Paulino Nolano et Venantio Fortunato certum iudicium facere equidem non audeo, cf. tamen adn. 7. 8. 13. 23. 27. 32. 46. 49. 52. 61. Dracontium Damasiana compilasse frustra contendit Amend p. 11 nisus locis Vergilianis Ouidianisque. certiora imitationis Damasianae testimonia in ipsis lapidibus deprehendes, cf. adn. 9. 21* 34*. 79. 81. 86. 91. 96.

tatis pietatisque nec speciem quandam artis ad Vergili exemplum formatae [1]), sed ingenium sollertiamque ad inueniendum acutam uarietatemque colorum atque spiritum uere diuinum: formulas enim locutionesque iterare solet, ut taedium paene adferat legentibus.[2])

Plerique e titulis Damasianis iam saeculo sexto uidentur periisse fractis bello Gothico marmoribus, cuius rei luculentum extat testimonium Vigilii pontificis, qui renouandis martyrum sepulcris titulisque operam dedit (append. n. 89 c. adn.)[3]). ab eodem Eusebii monumentum (n. 18) restitutum esse Rossius probabiliter statuit (cf. n. 8 et 17). quod autem magna carminum pars ad nostram aetatem peruenit, id debetur maxime antiquis inscriptionum christianarum syllogis compositis fere septimo saeculo, quas infra recensebo. quo factum est ut essent satis nota diuolgataque Damasi carmina usque in saeculum nonum. post id uero saeculum ipsa carminum memoria euanuit, si excipias epigramma de corporibus Petri Paulique apostolorum, quod saeculo XII uel XIII iterum incidi placuit ad malum, ut mihi uidetur, apographum, non ad lapidem archetypum tunc temporis uix superstitem.[4]) saeculis XIII et XIV nulla apparent lapidum Damasianorum uestigia.[5]) quinto decimo demum epigramma de fontibus Vaticanis (n. 4) integrum prodiit transcriptumque est a Maphaeo Vegio[6]). post quem Petrus Sabi-

1) de arte eius metrica priores non recte iudicasse monui Mus. Rhen. l. c. p. 200 sqq.

2) de stilo Damasi, qui ad euincendam auctoritatem carminum plurimum ualet, u. Le Blant Inscr. chrét. praef. p. CXXXIII sq., Rossi Roma sott. II p. 11 sq., Bull. crist. 1884—1885 p. 18, Stornaiolo p. 27 sqq., Amend 15 sqq., Mus. Rhen. L p. 194 sqq. pleniorem conspectum ex hac editione colliges.

3) cf. etiam 83. 87. 99.

4) cur ante finem tertii uersus substiterit lapicida parum liquet. cf. adn. n. 26, Rossi Inscr. christ. II p. 300.

5) Rossi l. c. p. 315 sq.

6) u. infra in testimoniis. Rossi p. 344. 349.

nus Pomponii Laeti sodalis quinque Damasi carmina collectioni suae inscriptionum urbis Romae christianarum inseruit, quorum tria ex ipsis lapidibus excepit (n. 4. 27. 31), duo e codicibus exscripsit (n. 1 et 2).[1]) medio saeculo XVII quinque lapides innotuerant integri (n. 4. 27. 31. 40. 53)[2]), unus fractus (n. 49)[3]), qui adhuc extant praeter n. 31 saeculo superiore deletum (u. adn.). denique nostris temporibus cura maxime Iohannis Baptistae de Rossi Romani, uiri de Damasi titulis omnium optime meriti, e coemeteriis suburbanis aliisque locis aliorum epigrammatum fragmenta effossa sunt non pauca, ut iam supersint: n. 4 (integrum), 7 (fragmentum), 8 (fragm. litteris paene Philocalianis), 10 (fragm. litteris uolgaribus), 12 (paene integrum), 13 (fragm.), 17 (fragmenta litteris bonis sed non Philocalianis), 18 (fragmenta tituli autographi et lapis saeculo VI restitutus quasi integer), 19 (dimidia fere elogii pars), 22 (fere integrum), 24 et 25 (fragmenta minuta), 26 (pars elogii medio aeuo incisa), 27 (integrum), [31 periit saeculo superiore], 35 (pars sinistra), 36 (fragm.), 37 (fragmenta), 40 (integrum), 49 (dimidia fere pars), 53 (integrum), 54 (fragm.), 59 et 59a et 60 (fragmenta). quibus accedunt aliorum titulorum fragmenta dubiae originis: n. 6* et 38* et 39* et 62a* litteris Philocalianis, n. 15*. 16*. 34*. 50*. 51*. 58* litteris Philocalianas imitantibus aut paene Philocalianis, n. 21* et 33* litteris uolgaribus inscripta[4]).

Reliqua syllogis debemus inscriptionum antiquiori-

1) Rossi l. c. p. 407 sqq.

2) quattuor ex his Perezius aeri incidendos curauit in tabulis ad p. 54 (n. 4. 27. 40. 53).

3) habet Perezius in tabula.

4) carminum quae in appendice proposui fragmenta seruata sunt n. 76. 76a. 77. 82. 83. 85. 89. 90. 94. 96. 98 (integrum). descripsi uel recognoui nn. 4 (ectyp. gyps.). 7. 12. 18. 19. 27. 34*. 35. 36. 40. 49. 50*. 51*. 53. 58*. 59a. 60. 89.

bus, in quibus recensendis breuitati seruire possum, quippe cum Rossius id negotium curauerit et diligentissime et prolixe altero inscriptionum christianarum uolumine (Romae 1888). is enim omnem seriem codicum quibus ueteres inscriptiones christianae maxime urbis Romae descriptae sunt ante saeculum sextum decimum in classes digessit et amplissimis commentariis inlustrauit. sequor autem ordinem a uiro doctissimo perbene institutum.

Significat igitur **E** littera syllogen Einsidlensem **E**
siue Reichenauensem (cod. Einsidl. 326) celeberrimam conlectam saeculo octauo exeunte uel ineunte nono maxime ex libris ante saeculum octauum scriptis. primus edidit Mabillon Anal. ueter. a. 1723 p. 359 sqq. nouis curis post alios recensuerunt Henzen CIL V I1 p. IX sqq. et Rossius l. c. p. 9—33, qui scripturae specimen adiecit tabula I[1]). insunt Damasiana n. 7. 8. 26. 49, appendicis n. 104.

Codex Parisinus 8071 olim Thuaneus, post Colbertinus (**Th**), scriptus saeculo X uel ineunte XI, flori- **Th**
legium complectitur carminum uarii argumenti (Iuuenalis Martialis Grattii aliorumque).[2]) in extremis foliis (f. 60 et 61) cento legitur epigrammatum christianorum plane confusus consutusque e syllogis epigraphicis partim laceratis et corruptis. recensuit et digessit primus Rossi l. c. p. 50—51 p. 56—57 p. 242—249 usus apographo Leopoldi Delisle. ego centonem denuo descripsi. continet autem Damasi carmina corrupta fere omnia et mutila de Paulo apostolo n. 2, de fontibus Vaticanis n. 4, de Felice Nolano n. 61, appendicis n. 73.

Sequitur sylloge quam Turonensem (**T**) uocauit **T**
Rossius utpote deriuatam ex archetypo Turonensi sae-

---

1) cf. p. 465.

2) cf. Riesii Anth. lat. p. XXXV, Baehrens PLM I p. 30, Martialis edit. Friedlaenderi I p. 72.

culo VII scripto[1]), codicum Claustroneoburgensis saec. XII[2]) et Goettweihensis aetatis paullo recentioris. e priore anthologiam carminum christianorum, in quibus Damasiana occurrunt undecim (7. 8. 12. 18. 23. 26. 27. 30. 31. 47. 48)[3]), iam IosGarampius descripserat (cod. Vatic. 9022) et cum Caietano Marinio communicauerat, sed parum accurate, ut adfirmat Rossius, qui utroque codice adhibito recensuit l. c. p. 58—71.

Codex Corbeiensis, postea Sangermanensis, nunc Petropolitanus F XIV 1 scriptus saeculo VIII exeunte
P uel ineunte IX (P) diuersorum auctorum carmina continet, quae breuiter recensuit et cum aliis similibus comparavit Rossius in Friderici Leo editione carminum Venantii Fortunati (Monum. Germ. auct. antiq. IV 1) p. XXVI sq., postea accuratius tractauit IChr. II p. 72 —94.[4]) cum e monasterio Centulensi in Gallia sito originem duxisse ueri sit simile, Centulensem hanc syllogen Rossius nominauit.[5]) insunt Damasi epigrammata nouem (7. 26. 27. 30. 32. 42. 43. 44. 46).[6])

Syllogen notissimam quae uolgo Palatina appella-
L tur, e codice Vat. Palat. 833 olim Laureshamensi (L) saec. IX[7]) primus Gruterus[8]) edidit in Thes. inscr. lat. p. 1163—1177, diuersas illius sylloges partes non distinguens, id quod acute fecit Rossius l. c. p. 36 sq. p. 75 sq. p. 95—118 p. 124—130 p. 142—153 p. 157 —173 p. 465. de qua distinctione cur hic fusius ex-

---

1) cf. Roma sott. I p. 151 sq.
2) u. imaginem speciminis apud Rossium IChr. II tab. I.
3) dubiae originis n. 28*, appendicis n. 77. 78. 79. 81. 91. 92.
4) cf. Bull. crist. 1881 p. 5 sqq.
5) scripturae specimina tab. II (f. 122) et III (f. 125').
6) dubiae originis n. 33*. 34*. 37*. 41*, appendicis 74. 79. 86ab. 87. 95. 99. 107.
7) u. scripturae specimina apud Rossium tabb. III. IV. V.
8) eodem codice usi sunt Marinius et, qui huius schedas adhibuit, Angelus Maius in conficienda inscriptionum sylloge, Script. ueter. nou. coll. V.

ponam non est. corporis pars quarta (Rossi p. 95 sqq.) ceteris et auctoritate et antiquitate praestat et carminibus Damasianis locupletissima est (n. 7. 8. 10—14. 18. 26. 27. 31. 32. 42—46. 48. 49. 52. 57)[1]); secundum locum pars prima obtinet (Rossi p. 142 sqq.) cum epigrammatis Damasiano n. 57, pseudodamasianis n. 5*. 102—106.

Nullius fere pretii sunt excerpta e Musei Britannici codice Harleiano 3685 chart. saec. XV (H) a H
Rossio breuiter descripta p. 119—122. insunt Damasiana n. 42—44, pseudodamasianum n. 87.

Maioris momenti sylloge Virdunensis est (V) e V
monumentis christianis urbis Romae conlecta saeculo VIII in codice bibliothecae Virdunensis 45 saec. X.[2]) primus ea usus est Iacobus Sirmond, accuratior descriptio debetur Rossio p. 131—141. apographum a Mabillonio confectum in bibliotheca Parisina adseruatur.[3]) insunt Damasiana n. 42—44. 47. 48. 55. 57 (hoc mutilum), dubiae originis n. 41*. 72. 73. 86 a b. 87—89. 91. 93. 101. —

De singulis carminibus haec adnotanda uidentur.

Carmen in laudem Dauidis (n. 1) non lapidi inscriptum sed praemissum tum psalterio tum expositioni Hieronymi in psalmos multis codicibus traditur coniunctum cum uersibus Hieronymi qui feruntur ad Damasum scriptis (n. 63). duas autem recensiones discernendas esse monuit Rossius, qui uarias codicum lectiones examinauit IChr. II p. 449 sq. quarum altera ab altera ea maxime re differt, quod uersus 11 et 12 carminis Hieronymiani (*quisque sitit ueniat* eqs.) conlocati sunt post uersum primum carminis Damasiani. in recensendis iis usus sum copiis Rossii quas,

---

1) dubia n. 20*. 21*. 28*. 33*. 41*, appendicis n. 75. 80. 85. 86 b. 87. 89. 92. 93. 95. 96. 99. 107.

2) Catalogue des mss. des bibl. des départements V p. 454.

3) Cod. Paris. 11902. Le Blant Inscr. chrét. de la Gaule praef. p. CXXXIV. cf. etiam adn. epigr. n. 88.

ut potui, recognoui et auxi. ordo igitur in plerisque libris is est ut praecedant uersus Hieronymi (63,1—10) — si modo is auctor iudicari potest, qua de re ualde dubito —, sequantur Damasiani continui (1,1—17). sunt autem hi:

α^1 α^1 cod. Vindobonensis 1861 saec. VIII, continens psalterium a Carolo imperatore, ut traditur, dono missum Hadriano I pontifici scriptumque manu Dagulfi cuiusdam. carminibus lemma praefixum est hoc *item unde sup̄ Damasi et Hieron̄.*[1]) mea causa contulit Rudolphus Beer. singulis uersibus adpictae sunt alternis litterae D et H, quibus scriba significare uoluit primum uersum Damasi esse, secundum Hieronymi et sic deinceps. quod idem temere factum uidemus in

α^2 α^2 cod. Paris. 4841 saec. IX (f. 93).[2]) de lemmate quod hic praemissum est ALBINVS, Henricus Omont haec mecum communicauit: 'le titre *Albinus*, en tête, me parait avoir été mis par Pithou, qui a possédé le manuscrit; la pièce a été écrite postérieurement sur ³/₄ d'un feuillet laissé primitivement en blanc.'

β β cod. Sangall. 27 saec. IX p. 13, qui hoc peculiare habet quod deest uersus *nunc Damasi monitis aures praebete benignas* (1,1). contulit mihi Adolphus Faeh bibliothecae praefectus et hunc et alterum

β^1 β^1 cod. Sangall. 110 saec. IX p. 382. carmini Hieronymiano praescriptum est *Versiculus Hieronimi prb̄i*, Damasiano (post uersum *Inueniet latices seruant qui dulcia mella*) *Item uersiculus Damasi pape.*

γ^1 γ^1 cod. Bamberg. A I 14, iubente Salomone III scriptus anno 909 Constantiae, continet psalterium quadruplex, Gallicanum Romanum Hebraicum Grae-

1) Kollar Anal. Vindob. I p. 397 sq.
2) Rossi l. c. p. 272. 464.

cum.[1]) carminibus uno tenore exaratis f. 11′ inscriptum est *uersiculi Hieronimi presbiteri*, subscriptum *expliciunt uersus Damasi pape.* secuntur uersus

Aeterni patris pariterque in nomine nati
spiritus et sancti, quorum est substantia compar
et uirtus similis parilisque in saecla potestas,
psalmorum liber orditur sermone uocatus
Hebreo sephar talim, quod uoce Latina
est liber ymnorum, Dauid quem rex benedictus
edidit adiunctis sociis, Hieronymus autem
presbiter archiuis Hebrei fontis ab ipsis
Grecorumque libri de falsis uera sequestrans
traxit in eloquium felix citharista Latinum.

e psalterio Bambergensi fluxit

γ^2 cod. Coloniensis 8 (antea Darmst. 2009) minus accurate scriptus saec. XI uel XII.[2]) ex utroque carmina illa edidit Paulus de Lagarde.[3]) accedit alter eiusdem bibliothecae liber γ^2

δ cod. Colon. 45 (antea Darmst. 2040) saec. X, unde haec et alia de psalmis Dauidicis carmina exscripserunt auctores catalogi p. 107 sq. δ

ε^1 cod. Casinensis 30 saec. XI (cf. Bibl. Casin. I florileg. p. 213. 214), ubi extant *Damasi et Hieronimi uersus* (*Damasi ante*) p. 195. alterius libri Casinensis deterioris ε^1

ε^2 cod. Casin. 467 saec. XII (f. 6′) lectiones nonnullas Rossius adfert IChr. II p. 449 sq. ε^2

η cod. Vatic. lat. 4226 saec. XI; contulit Rossius, recognoui ego *uersus Damasi ad Hieronimum*, qui leguntur f. 6′ ante psalterium. in η

1) HIlaeck Beschreibung der Hss. in der öffentlichen Bibliothek zu Bamberg I p. 35 n. 230. mihi describenda curauit Fridericus Leitschuh bibliothecae custos.

2) Jaffé et Wattenbach Ecclesiae metropol. Coloniensis codd. mss. p. 3.

3) Psalterium iuxta Hebraeos Hieronymi (Lipsiae 1874) p. 167 sq.

ϑ ϑ cod. Vatic. lat. 84 saec. XI ineuntis habes f. 27′ *rescriptum Hieronimi pbri* (*Psallere qui docuit* eqs. uu. 1—12), f. 28 *uersus Damasi epi ad Hieronimum pbrm* (*Nunc Damasi monitis* eqs. uu. 1. 4—17). nullius fere pretii est

λ λ cod. Laurent. XV 11 duabus columnis exaratus saeculo XIV. f. 274 *incipit prefacio super psalterium a sancto Damaso papa ex metris uersibus composita*, Hieronymi nomen tacetur.

Inuerso ordine carmina exhibent

μ μ cod. Venet. Marcianus I 94 (in catalogo Iosephi Valentinelli I p. 224 n. 45) scriptus saec. XI, ante expositionem psalterii f. 7 (uersus Damasi 1. 4—17, uersus Hieronymi 1—12). mihi contulit Castellanius u. cl. bibliothecae ad D. Marcum Venetiarum praefectus.

φ φ cod. basilicae sancti Petri B 53 scriptus saeculo XII exeunte. hoc potissimum libro, unde carmina hausit scriptor codicis Vatic. Regin. 1598 f. 3′, usus est Baronius (Ann. eccl. a. 384), a quo pendent Sarazanius et Merenda.

Sab. **Sab.** codicem notat ignotum, unde Petrus Sabinus carmina inseruit syllogae inscriptionum christianarum, de qua uide Rossium IChr. II p. 407 sqq. 449 (nr. 219. 220 *Nunc Damasi monitis* eqs. uu. 1. 4—17; *uersiculos Dñi Hieronymi presbyteri: Psallere qui docuit* eqs. uu. 1—9. 11. 12). denique incidi in exemplum bibliae Hieronymianae, quam praebet

ω ω cod. Vatic. 5729 saec. XI, ubi ordo uersuum (f. 258′) plane turbatus est. namque post *uersus Damasi papae* 1. 4—14 (*Nunc Damasi . . . truncumque reliquid*) habes *uersus Iheronimi pbri ad Damasum papam* uu. 1—10 (*Psallere qui docuit . . . . . saluet quos gratia uocis*), post quos repetito Damasiani carminis uersu primo adduntur uu. 2 et 3, iteratur u. 4, concludunt carmen uu. 15—17.

Ordo primarius quin is sit, quem codicum maior numerus ($\alpha^1\, \alpha^2\, \beta\, \gamma^1\, \gamma^2\, \delta\, \varepsilon^1\, \varepsilon^2\, \eta\, \lambda$) ostendit, dubitari nequit. legebantur igitur carmina in antiquo aliquo psalterii exemplari prooemii loco, ita ut praecederent uersus pseudohieronymiani (63,1—10), sequerentur Damasiani (1,1—17). certe in his uu. 2—5 arte inter se cohaerent efficientes tetrastichum de aquis salutaribus baptisterio inscribendum hoc

Quisque sitit ueniat cupiens haurire fluenta,
inueniet latices seruant qui dulcia mella:
sordibus expositis purgant penetralia cordis,
pectora cum renouant Christo seruire parati.

cuius epigrammatis uersum primum Sarazanius (adn. ad carm. XV) incisum se uidisse ait 'in antiquo labro marmoreo pro fontibus ante ecclesiam s. Bartholomaei in insula, charactere antiquo, ut Damasi tempore scriptus uideatur' [1]), eundemque Rossius exscripsit ex epistylio aedium sacrarum Portuensium [2]). in altera autem carminum recensione ($\beta^1\, \vartheta\, \mu\, \varphi$ Sab.) uersus ille *nunc Damasi monitis aures praebete benignas* iniusto loco interpositus confusionis ansam dedit. hoc tamen quaeritur, num apte uersus quinque priores huic Damasi de Dauide carmini praefigantur. equidem persuasum habeo primum uersum, quem in codice β desiderari monui, a lectore quopiam intrusum esse, qui mala sapientia inductus significare uoluerit iam finito carmine Hieronymiano audiendum esse Damasum de Dauide monentem.[3]) at qui indolem carminum Damasianorum diligentius perpenderit, concedet, opinor,

1) Murat. 489, 7 'Romae in concha marmorea, e schedis Ptolomeis'.

2) Bull. crist. 1866 p. 50, p. 103 n. 11 ('grandi lettere rozzamente imitanti le damasiane'). cf. CIL XIV 1941. Anthologia Buecheleri n. 336. Germano di S. Stanislao La casa celimontana dei ss. martiri Giovanni e Paolo p. 274.

3) comparauit Manitius (Mus. Rhen. XLV p. 317) Iuuenci uersum I 715 *quisque meis monitis auresque et facta dicabit.*

omisso tetrasticho, quo celebrantur *latices qui seruant dulcia mella* et *purgant penetralia cordis*, carmen multo melius procedere tale, qualia pontifex solitus est componere nominis sui mentionem calci reseruans, ut factum uidemus in elogio Petri Paulique n. 26 *Hic habitasse prius sanctos cognoscere debes .... haec Damasus uestras referat noua sidera laudes.* nusquam enim auctor nominis sui prodigus bis in eodem nomen edit. quapropter tetrastichum quoque illud, etsi stilum Damaso conuenire non prorsus abnuerim [1]), ab hoc carmine alienum puto.

Carmen de Paulo apostolo (n. 2) in plurimis codicibus maxime Pauli epistularum prooemii instar legitur, mendosum in plerisque. adhibui hosce:

Cod. Monac. 6229 (Fris. 29) saec. VIII/IX f. 1 (uide Catalog. cod. Lat. bibl. Monac. I 3 p. 75). secuntur Pauli epistulae cum 'prologo Hieronymi' m et argumentis. notaui littera **m**.

Cod. Bern. 334 miscell. saec. X f. 251 *incipiunt uersus papae Damasi in laude Pauli apostoli.* [2]) secuntur b epistulae Pauli. mihi erit **b**. describendum mihi curauit u. d. Bloesch bibliothecae praefectus.

q Cod. Vossianus (**q**) Q. 69 saec. X f. 18 *Versus Damasi episcopi urbis Romae.* contulit mihi de Vries. [3])

---

1) clausula *seruire parati* redit in 8 (*praeceptis .... seruire parati*), *penetralia cordis* in 11, *penetralia Christi* in 2. ea quae Rossius Inscr. christ. II p. 450 ad probandum Damasum auctorem adfert nihil probant. nam elogium Redempti (21* *dulcia nectario promebat mella canore prophetam celebrans placido modulamine senem*) uix Damasianum iudicari poterit (u. adn. et quae exposui Mus. Rhen. L p. 199. 203); neque Damasus in epist. IX (ed. Merendae p. 221) ad Hieronymum data scripturas sacras *animae pabulum* dicens *quo omnia mella superantur,* aliud significat nisi prophetae uerbum (Ps. 118, 103) *quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.*

2) Hagen Catalogus codicum Bernensium p. 332.

3) Catalog. Bibl. Vniu. Lugd. Bat. an. 1716 p. 382 nr. 69.

Cod. Paris. 8093 (olim Colb. 1512) saec. IX f. 32′ *Versus pape Damasi in laude Pauli.* contuli et notaui **p** littera.[1])

Cod. Paris. 1941 (olim Colb. 2075) saec. XIII f. 97 *Incipiunt uersus papae Damasi in laudem Pauli apostoli.* contuli ($\mathbf{p}^1$). $\mathbf{p}^1$

Cod. Carnotensis (**c**) 495 (67) uol. II saec. XII **c** f. 155 *Incipiunt uersus papae Damasi in laudem Pauli apostoli.* contuli.[2])

Cod. Sessorianus 34 (Bibl. Victorii Emanuelis nr. 1269) saec. XI f. 7′ *uersus Damasi pp̄.* contuli (**s**). **s**

Cod. Vatic. Palatin. 57 saec. X/XI f. 14 *Incipit uersus sancti Damassi episcopi urbis Rome.* contuli (**r**).[3]) insunt praeter alia Pauli epistulae cum pro- **r** logo anonymi auctoris et argumentis.

Cod. Laurent. e bibliotheca aedilium Florentinae ecclesiae 126 saec. XI f. 191 *coartatur uersus sancti Damasi episcopi urbis Romae*[4]). contuli (**f**). insunt **f** ueteris testamenti libri inde ab Iob libro et noui libri omnes.

Cod. Laurent. conuent. suppr. 291 (Vallombr. 190) saec. XI—XII f. 52′ *uersus Damasi pape ..... explic̃ uersus Damasi pp̃. Incipit argumentum. Romani sunt partes Italiae* eqs. contuli ($\mathbf{f}^1$). $\mathbf{f}^1$

Codicum trium Aurelianensium $\mathbf{o}^1\,\mathbf{o}^2\,\mathbf{o}^3$ = codd. $\mathbf{o}^{1\text{-}3}$ n. 13 saec. XIII p. 416, n. 82 saec. X p. 2, n. 86 saec. XII p. 1 lectiones selectas mecum communicauit Loiseleur bibliothecae praefectus.[5])

Rossi IChr. II p. 250. 251. 271. 274. GGoetz Corp. gloss. lat. V p. XXVII sq.

1) Rossi IChr. II p. 271. 272.

2) Catalogue général des bibl. des départ. XI p. 210.

3) Biblioth. apostolicae Vaticanae codd. mss. Codd. Palatini latini I (1886) p. 10.

4) Bandini Bibliotheca Leopoldina Laurentiana I p. 230.

5) Catalogue des mss. des bibliothèques publ. de France. Départ. t. XII p. 11. 40. 41.

De codice Vindocinensi 127 saec. XI (f. 30) certiorem me fecit ENouel professor.[1])

r^1 Cod. Vatic. Regin. 1598 (r^1) chart. continet indicem librorum manu scriptorum bibliothecae s. Petri, inter quos enumeratur (nr. 15) f. 1 *nouum testamentum charactere antiquissimo, in quo epistula ad Laodicenses. post prologum in epistulam ad Romanos scripti sunt sequentes uersus: Versus s. Damasi papae urbis Romae. In modum Saulus procerum* eqs. — inspexi praeterea

r^2 Cod. Vatic. 5104 (r^2) saec. XV (folio ultimo).

Cod. Vatic. Vrbin. 60 saec. XV, ubi post *Iohannis Chrysostomi de laudibus beati Pauli apostoli* homiliam octauam f. 178 incipiunt *illustrissimi uiri Damasi Romane ecclesie pontificis summi in laudem*
r^3 *apostoli Pauli egregii uersus.* notaui littera r^3 (cf. f^2).

r^4 Cod. Vatic. Ottobon. 222 (r^4) saec. XIV/XV f. 396 *uersus Damasi papae super epistolis Pauli.*

f^2 Cod. Laurent. XIV 20 (f^2) saec. XV f. 56′ *uersus sancti Damasi pape de laudibus apostoli Pauli.* sequitur *Iohannis Chrysostomi Constantinopolitani episcopi de laudibus Pauli apostoli omelia prima.*[2]) cf. cod. r^3.

v Cod. Vallicell. C 1^I^ saec. XIV (v), ubi carmen extat ante Pauli epistulam ad Romanos.

Accedunt codices non contemnendi, unde priores editores carmen petiuerant Aldus, Fabricius, Browerus[3]), inter quos liber Fuldensis, quem teste Browero ‘gloriosus martyr s. Bonifatius Germanicae nationis apostolus circumtulit’, facile principem locum obtinet, etsi carminis parte posteriore (inde a u. 18) euanida non sine causa de lectionibus quibusdam dubitari possit, num re uera ita ut editor eno-

---

1) eiusdem catalogi uol. III p. 433.
2) Bandini Catal. codd. lat. bibl. Laurent. I p. 127.
3) u. carminis adnotationem.

tabat in codice extiterint. e uetere ms. monasterii s. Caeciliae trans Tiberim (**t**) sumpsit Iohannes Baptista Villalpandus Cordubensis editor Remigii explanationum in Pauli apostoli epistulas, Maxima biblioth. ueter. patrum VIII p. 888. **t**

Denique extat etiam in syllogis Petri Sabini (Rossi IChr. II p. 441 nr. 148), qui sumpsit e 'codice uetusto b. Pauli apostoli epistularum in monasterio Campi Martis', et **Th**, de qua supra dictum est, sed hic mutilum et corruptissimum (Rossi l. c. II p. 247 n. 12). praecedit in hoc codice epigramma, quod dedi in appendice n. 73, sequitur carmen non minus corruptum auctoris ignoti de Hieronymi in prophetas commentariis, quod Damasi non esse primo obtutu apparet.[1]) **Th**

Quos codices ad constituendum textum sufficere arbitror, ita ut ceteri sine damno neglegi possint: neque enim exhausisse me bibliothecarum puteos gloriari animum induco.[2]) de singulorum autem codicum indole quid iudicandum sit, ex apparatu critico patebit, id uidelicet, nullum uitiis prorsus carere neque facile e mendorum genere stemma statui posse idoneum. orthographica pleraque silentio praeterii, cum ne uetustioribus quidem libris satis fidei haberi possit. selectas tantum lectiones propono codicum Aurelianensium Vindocinensis Vallicelliani, ceterorum me scias recepisse omnia quae memoratu digna uisa sunt omissis manifestis scribarum erroribus. hoc addam exemplum Aldi a Fabriciano non differre nisi duobus locis, u. 13, ubi *ratus* Aldus, *carus* Fabricius, et u. 25, ubi hic ueram

1) Bull. crist. 1884—1885 p. 8 et 15.

2) indicantur alii codices ab Ewaldio Neues Archiv VI p. 316 (cf. Rossi IChr. II p. 256, Toletanus 14, 22 nunc in bibliotheca Matritensi) et in Catalogis bibliothecarum municip. Galliae uol. I (Rouen) p. 1 (cod. n. 1 saec. XI), p. 119 (cod. n. 529 saec. XII) et uol. V (Charleville) p. 568 (cod. n. 49 saec. XII) eumque numerum augeri posse persuasum habeo.

lectionem *sanctissime*[1]), ille cum omnibus fere codicibus *beatissime* praebet.

Tertio loco edidi carmen, quo compellatur 'frater' quidam christianus. nomen auctoris cum in ipsis uersibus desideretur, dubitari poterit[2]), num iure in codicum altero Damasi nomen sit adscriptum[3]). in altero, ubi de auctore tacetur, praemissum est distichon tamquam eiusdem carminis hoc

Iustius inuidia nihil est, quae protinus ipsum
corrodit auctorem excruciatque animam.

quod idem Hieronymus (VII p. 508 Vall.) his laudat uerbis: *pulchre quidam de neotericis Graecorum uersum transferens elegiaco metro de inuidia lusit dicens: iustius inuidia nihil est, quae protinus ipsum auctorem rodit* (ita rectius) *excruciatque animum.*[4]) Damasum auctorem Vergiliana (u. adn.) uidentur confirmare, neque offendit in *fabulas* prima correpta magis quam in *lŭgubres* (n. 40) aut producta in *fācula* (n. 10).[5]) sed cum desiderem genus dicendi Damasi proprium, asteriscum adposui.

Sequitur series epigrammatum Damasianorum lapidibus inscriptorum intermixtis pseudodamasianis, quae asterisco notaui, ordine topographico, cuius conspectum reperies in indicibus. de singulis haec monenda uidentur.[6])

5* cur spurium iudicem in adnotatione ad u. 4 exposui.

De 15* et 16* fragmentis minusculis ipse Rossius

1) sic o² et Vindocinensis. iidem u. 23 recte *quo* (cum Aldo et Fabricio); u. 26 Vindocinensis cum o¹ò³ Aldo Fabricio genuinum *Paule* seruauit.
2) Mus. Rhen. L p. 191. 195.
3) u. adnot.
4) Mommsen Mus. Rhen. IX p. 298. Haupt Opusc. III p. 338. Baehrens Poet. lat. min. III p. 169.
5) Mus. Rhen. L p. 201.
6) u. Mus. Rhen. L p. 193 sqq.

dubitat num scriptura sit proprie Philocaliana. ego non uidi.

Ad 20*. quo iure Baronius contendat Siricium presbyterum comministros habuisse Sisinnium presbyterum (u. n. 28*) et Tigridam diaconum ignoratur. de elogii origine Damasiana minime constat neque enim ad hoc probandum clausula *praecepta secutus* (u. adn. 2,1) sufficit.

Elogium Redempti leuitae (21*) Merenda in appendice dedit, quod Damasum sapere uideretur, neque minus Rossius Damaso dignum existimauit. adsentirer, nisi offenderet mirus ille lapicidae error (u. 3) et forma litterarum uolgaris. sane fieri potest, ut uiuo Liberio episcopo titulus insculptus sit, antequam arte Philocaliana uti coeperit Damasus, sed tali argumentationi diffidendum esse iterum iterumque moneo. imitatorem igitur audio, non ipsum pontificem, qui nomen suum tacere non solet. de praua mensura *sēnem* (u. 4) uide adnotationem.

De epitaphio Sisinnii uel Sisenni presbyteri 28* u. adnotata et supra ad n. 20*.

Leonem episcopum, qui carmine celebratur 33*, ne audacius Rossius patrem dixerit Florentii leuitae (34*) uereor. nihil autem suadere ut auctorem sumamus Damasum, monui Mus. Rhen. l. c. p. 199. in utroque carmine desidero genus dicendi Damasi proprium, desidero nomen auctoris uel maxime in epitaphio episcopi, desidero artem uere Philocalianam, a qua illud *orae* pro *ore* (34,8) plane abhorret (u. adn.).

38* et 39* cur receperim dixi in adn. 38*. Damasum auctorem esse nemo contendet, quod idem cadit in fragmentum, cuius mentionem feci in adn. 18 (ex Rossio Roma sott. I p. 120).

De epitaphio Felicitatis 41* uerba feci Mus. Rhen. l. c. p. 203; inter pseudodamasiana reiciendum esse persuasum habeo (u. adn.).

Fragmenta 50* et 51* recepi propter litterarum

speciem Philocalianam, sed Damaso tribuere non audeo; ab imitatore potius artis Philocalianae profecta sunt.

62* propter stili diuersitatem Damaso abiudico.

De 62a* similiter statuendum est atque de superioribus n. 38* et 39*.

In appendice (n. 63—107) dedi carmina spuria aliaque nonnulla, quae ad inlustranda Damasiana idonea uisa sunt.[1]) secutus sum eundem ordinem topographicum praemissis iis, quae lapidibus destinata non erant. de uersiculis qui Hieronymi feruntur de psalterio supra ad n. 1 dictum est. prorsus a Damasianis differunt poematia de Christo (64. 65 acrostichides et telestichides de nomine Iesu, 66 de ascensione Christi, 67 de cognomentis saluatoris) a Fabricio sumpta e codice cuius ei copia facta erat a Iohanne Oporino librorum redemptore. e quibus certe carmen de cognomentis saluatoris Damasi nomen iniuria prae se fert, cum adscribatur in codice Oporiniano 'Seuero' cuidam, in codice Turicensi saeculi IX 'Siluio' (u. adn.).

1) recepi omnia quae in editionibus Damasi leguntur. omisi alia quaedam a posterioribus Damaso sine ulla probabilitate uindicata, quae enumerat Rossius Bull. crist. 1884—1885 p. 11 not. 2, in his carmen satis prolixum 'in natali ss. Iohannis et Pauli' (*nobilis in Roma uixit pulcherrima uirgo Constantina nouae praebens spectacula uitae* eqs.) apud Maium Nou. patr. bibl. I 2 p. 211 (cf. p. 199) et alia tria ab Eugenio de Levis edita Anecd. sacr. (Taurini 1790) p. 17 sqq., unde repetiuit Migne Patrol. XIII p. 415 sqq. (cf. Faustini Areuali adn. ad Dracontii carmen de deo I 176 ap. Mignium LX p. 703, Rossi IChr. II p. 255). elogii denique pontificis cuiusdam e codice Petropolitano a Rossio prolati (Bull. crist. 1883 p. 5 sqq. IChr. p. 83 n. 26 et p. 85 n. 31^a, Buecheler Anth. epigr. n. 787) ne hic quidem mentionem inicerem, nisi in Teuffelii hist. litt. Rom. § 422, 2 memoratum inuenirem, tamquam si quis serio auctoritatem Damasi efficere studuisset, id quod factum est nusquam. Liberium papam illo carmine laudari Rossius coniecerat adstipulante Duchesnio Lib. pont. I p. 209 sq., contra dixerunt Funk Histor. Jahrbuch der Goerresgesellschaft V 1884 p. 424 sqq. et Friedrich in actis min. acad. Monacensis 1891 p. 87 sqq. (cf. Rossi Bull. crist. 1890 p. 133 sqq.)

neque minus ceterorum originis Damasianae [illegible]
tur testimonia, ut iure meritoque damnauerit [illegible]
(Bull. crist. 1884—1885 p. 10) ut plane [illegible]
a Damasi stilo genereque dicendi.[1]) ad quae [illegible]
senda cum libri manu scripti mihi praesto non fuerint,
adquiescendum fuit in exemplis Fabricianis a [illegible]
Riuino Merenda expressis. sunt autem [illegible]
que fere nullius pretii.

Sequitur carmen de saluatore, [illegible]
uolgo uocant, Augusto gratulatum [illegible]
in libris nonnullis Damasi nomine inscriptum [illegible]
uenisse editores quidam adserunt.[2]) contra [illegible]
omnes, quos quidem Birtius nouerat[3]), Claudiano [illegible]
signant receptumque est a nouissimis Claudiani editoribus
ribus inter genuina eius carmina. is num [illegible]
composuerit hic non disceptabo. fateor tamen Birtium
mihi non prorsus persuasisse carmen a pagano illo,
peruicacissimo, quem uocat Orosius VII 35, [illegible]
esse, neque certior mihi Niebuhrii coniectura [illegible]
Merobaudem illud confecisse sumentis [illegible]
cum altero de laude Christi carmine (69) [illegible]
utcumque igitur res se habet, qui curiose Damasi [illegible]
extant genuina in comparationem uocauerit, cum [illegible]
prehendet differentiam, ut de Damaso auctore [illegible]
omnino non possit, id quod non fugit [illegible]
in re cautiorem Merenda iudicem.[4]) quae contra [illegible]
Manitius leuiora sunt.[5])

De hymnis (70. 71) breuiter absoluere [illegible],

---

1) notanda imprimis quae de *et* copulae usu Damasiano [illegible]
exposui Mus. Rhen. L p. 195 sq. et in [illegible]
Studien zu den Gedichten d. Papstes Damasus p. [illegible]

2) Fabricius in comment. in poet. eccles. p. [illegible]
renda edit. p. 136.

3) in edit. Claudiani p. LXIII sqq.

4) Rossi Bull. crist. 1884—1885 p. 9 10 [illegible]
qui tamen de 'sancta' Damasi 'barbarie' non [illegible]

5) Mus. Rhen. XLV p. 317, Geschichte der [illegible]
Poesie p. 120. 325. cf. Amend l. c. p. 21.

lectionem *sanctissime*[1]), ille cum omnibus fere codicibus *beatissime* praebet.

Tertio loco edidi carmen, quo compellatur 'frater' quidam christianus. nomen auctoris cum in ipsis uersibus desideretur, dubitari poterit[2]), num iure in codicum altero Damasi nomen sit adscriptum[3]). in altero, ubi de auctore tacetur, praemissum est distichon tamquam eiusdem carminis hoc

Iustius inuidia nihil est, quae protinus ipsum
corrodit auctorem excruciatque animam.

quod idem Hieronymus (VII p. 508 Vall.) his laudat uerbis: *pulchre quidam de neotericis Graecorum uersum transferens elegiaco metro de inuidia lusit dicens: iustius inuidia nihil est, quae protinus ipsum auctorem rodit* (ita rectius) *excruciatque animum.*[4]) Damasum auctorem Vergiliana (u. adn.) uidentur confirmare, neque offendit in *fabulas* prima correpta magis quam in *lŭgubres* (n. 40) aut producta in *fācula* (n. 10).[5]) sed cum desiderem genus dicendi Damasi proprium, asteriscum adposui.

Sequitur series epigrammatum Damasianorum lapidibus inscriptorum intermixtis pseudodamasianis, quae asterisco notaui, ordine topographico, cuius conspectum reperies in indicibus. de singulis haec monenda uidentur.[6])

5* cur spurium iudicem in adnotatione ad u. 4 exposui.

De 15* et 16* fragmentis minusculis ipse Rossius

---

1) sic o² et Vindocinensis. iidem u. 23 recte *quo* (cum Aldo et Fabricio); u. 26 Vindocinensis cum o¹o³ Aldo Fabricio genuinum *Paule* seruauit.

2) Mus. Rhen. L p. 191. 195.

3) u. adnot.

4) Mommsen Mus. Rhen. IX p. 298. Haupt Opusc. III p. 338. Baehrens Poet. lat. min. III p. 169.

5) Mus. Rhen. L p. 201.

6) u. Mus. Rhen. L p. 193 sqq.

dubitat num scriptura sit proprie Philocaliana. ego non uidi.

Ad 20*. quo iure Baronius contendat Siricium presbyterum comministros habuisse Sisinnium presbyterum (u. n. 28*) et Tigridam diaconum ignoratur. de elogii origine Damasiana minime constat neque enim ad hoc probandum clausula *praecepta secutus* (u. adn. 2,1) sufficit.

Elogium Redempti leuitae (21*) Merenda in appendice dedit, quod Damasum sapere uideretur, neque minus Rossius Damaso dignum existimauit. adsentirer, nisi offenderet mirus ille lapicidae error (u. 3) et forma litterarum uolgaris. sane fieri potest, ut uiuo Liberio episcopo titulus insculptus sit, antequam arte Philocaliana uti coeperit Damasus, sed tali argumentationi diffidendum esse iterum iterumque moneo. imitatorem igitur audio, non ipsum pontificem, qui nomen suum tacere non solet. de praua mensura *sēnem* (u. 4) uide adnotationem.

De epitaphio Sisinnii uel Sisenni presbyteri 28* u. adnotata et supra ad n. 20*.

Leonem episcopum, qui carmine celebratur 33*, ne audacius Rossius patrem dixerit Florentii leuitae (34*) uereor. nihil autem suadere ut auctorem sumamus Damasum, monui Mus. Rhen. l. c. p. 199. in utroque carmine desidero genus dicendi Damasi proprium, desidero nomen auctoris uel maxime in epitaphio episcopi, desidero artem uere Philocalianam, a qua illud *orae* pro *ore* (34,8) plane abhorret (u. adn.).

38* et 39* cur receperim dixi in adn. 38*. Damasum auctorem esse nemo contendet, quod idem cadit in fragmentum, cuius mentionem feci in adn. 18 (ex Rossio Roma sott. I p. 120).

De epitaphio Felicitatis 41* uerba feci Mus. Rhen. l. c. p. 203; inter pseudodamasiana reiciendum esse persuasum habeo (u. adn.).

Fragmenta 50* et 51* recepi propter litterarum

speciem Philocalianam, sed Damaso tribuere non audeo; ab imitatore potius artis Philocalianae profecta sunt.

62* propter stili diuersitatem Damaso abiudico.

De 62a* similiter statuendum est atque de superioribus n. 38* et 39*.

In appendice (n. 63—107) dedi carmina spuria aliaque nonnulla, quae ad inlustranda Damasiana idonea uisa sunt.[1]) secutus sum eundem ordinem topographicum praemissis iis, quae lapidibus destinata non erant. de uersiculis qui Hieronymi feruntur de psalterio supra ad n. 1 dictum est. prorsus a Damasianis differunt poematia de Christo (64. 65 acrostichides et telestichides de nomine Iesu, 66 de ascensione Christi, 67 de cognomentis saluatoris) a Fabricio sumpta e codice cuius ei copia facta erat a Iohanne Oporino librorum redemptore. e quibus certe carmen de cognomentis saluatoris Damasi nomen iniuria prae se fert, cum adscribatur in codice Oporiniano 'Seuero' cuidam, in codice Turicensi saeculi IX 'Siluio' (u. adn.).

---

1) recepi omnia quae in editionibus Damasi leguntur. omisi alia quaedam a posterioribus Damaso sine ulla probabilitate uindicata, quae enumerat Rossius Bull. crist. 1884—1885 p. 11 not. 2, in his carmen satis prolixum 'in natali ss. Iohannis et Pauli' (*nobilis in Roma uixit pulcherrima uirgo Constantina nouae praebens spectacula uitae* eqs.) apud Maium Nou. patr. bibl. I 2 p. 211 (cf. p. 199) et alia tria ab Eugenio de Levis edita Anecd. sacr. (Taurini 1790) p. 17 sqq., unde repetiuit Migne Patrol. XIII p. 415 sqq. (cf. Faustini Areuali adn. ad Dracontii carmen de deo I 176 ap. Mignium LX p. 703, Rossi IChr. II p. 255). elogii denique pontificis cuiusdam e codice Petropolitano a Rossio prolati (Bull. crist. 1883 p. 5 sqq. IChr. p. 83 n. 26 et p. 85 n. 31^a, Buecheler Anth. epigr. n. 787) ne hic quidem mentionem inicerem, nisi in Teuffelii hist. litt. Rom. § 422, 2 memoratum inuenirem, tamquam si quis serio auctoritatem Damasi efficere studuisset, id quod factum est nusquam. Liberium papam illo carmine laudari Rossius coniecerat adstipulante Duchesnio Lib. pont. I p. 209 sq., contra dixerunt Funk Histor. Jahrbuch der Goerresgesellschaft V 1884 p. 424 sqq. et Friedrich in actis min. acad. Monacensis 1891 p. 87 sqq. (cf. Rossi Bull. crist. 1890 p. 133 sqq.)

neque minus ceterorum originis Damasianae desiderantur testimonia, ut iure meritoque damnauerit Rossius (Bull. crist. 1884—1885 p. 10) ut plane abhorrentia a Damasi stilo genereque dicendi.[1]) ad quae recensenda cum libri manu scripti mihi praesto non fuerint, adquiescendum fuit in exemplis Fabricianis a Sarazanio Riuino Merenda expressis. sunt autem leuia ieiunaque fere nullius pretii.

Sequitur carmen de saluatore, ‘paschale’ quod uolgo uocant, Augusto gratulatum missum (68), quod in libris nonnullis Damasi nomine inscriptum se inuenisse editores quidam adserunt.[2]) contra codices omnes, quos quidem Birtius nouerat[3]), Claudiano adsignant receptumque est a nouissimis Claudiani editoribus inter genuina eius carmina. is num re uera composuerit hic non disceptabo. fateor tamen Birtium mihi non prorsus persuasisse carmen a pagano illo peruicacissimo, quem uocat Orosius VII 35, profectum esse, neque certior mihi Niebuhrii coniectura uisa est Merobaudem illud confecisse sumentis propter huius cum altero de laude Christi carmine (69) adfinitatem. utcumque igitur res se habet, qui curiose Damasi quae extant genuina in comparationem uocauerit, eam deprehendet differentiam, ut de Damaso auctore cogitari omnino non possit, id quod non fugit Sarazanium hac in re cautiorem Merenda iudicem.[4]) quae contra dicit Manitius leuiora sunt.[5])

De hymnis (70. 71) breuiter absoluere possum,

---

1) notanda imprimis quae de *et* copulae usu Damasiano exposui Mus. Rhen. L p. 195 sq. et in adn. 11, 9. cf. MAmend Studien zu den Gedichten d. Papstes Damasus p. 20.

2) Fabricius in comment. in poet. eccles. p. 35. 43. Merenda edit. p. 136.

3) in edit. Claudiani p. LXIII sqq.

4) Rossi Bull. crist. 1884—1885 p. 9. 10. Birt l. c. p. LXVII, qui tamen de ‘sancta’ Damasi ‘barbarie’ non recte iudicat.

5) Mus. Rhen. XLV p. 317, Geschichte der christl. lat. Poesie p. 120. 325. cf. Amend l. c. p. 21.

ϑ ϑ cod. Vatic. lat. 84 saec. XI ineuntis habes f. 27′ *rescriptum Hieronimi pbri* (*Psallere qui docuit* eqs. uu. 1—12), f. 28 *uersus Damasi epi ad Hieronimum pbrm* (*Nunc Damasi monitis* eqs. uu. 1. 4—17). nullius fere pretii est

λ λ cod. Laurent. XV 11 duabus columnis exaratus saeculo XIV. f. 274 *incipit prefacio super psalterium a sancto Damaso papa ex metris uersibus composita*, Hieronymi nomen tacetur.

Inuerso ordine carmina exhibent

μ μ cod. Venet. Marcianus I 94 (in catalogo Iosephi Valentinelli I p. 224 n. 45) scriptus saec. XI, ante expositionem psalterii f. 7 (uersus Damasi 1. 4—17, uersus Hieronymi 1—12). mihi contulit Castellanius u. cl. bibliothecae ad D. Marcum Venetiarum praefectus.

φ φ cod. basilicae sancti Petri B 53 scriptus saeculo XII exeunte. hoc potissimum libro, unde carmina hausit scriptor codicis Vatic. Regin. 1598 f. 3′, usus est Baronius (Ann. eccl. a. 384), a quo pendent Sarazanius et Merenda.

Sab. **Sab.** codicem notat ignotum, unde Petrus Sabinus carmina inseruit syllogae inscriptionum christianarum, de qua uide Rossium IChr. II p. 407 sqq. 449 (nr. 219. 220 *Nunc Damasi monitis* eqs. uu. 1. 4—17; *uersiculos Dñi Hieronymi presbyteri: Psallere qui docuit* eqs. uu. 1—9. 11. 12). denique incidi in exemplum bibliae Hieronymianae, quam praebet

ω ω cod. Vatic. 5729 saec. XI, ubi ordo uersuum (f. 258′) plane turbatus est. namque post *uersus Damasi papae* 1. 4—14 (*Nunc Damasi . . . truncumque reliquid*) habes *uersus Iheronimi pbri ad Damasum papam* uu. 1—10 (*Psallere qui docuit . . . . . saluet quos gratia uocis*), post quos repetito Damasiani carminis uersu primo adduntur uu. 2 et 3, iteratur u. 4, concludunt carmen uu. 15—17.

Ordo primarius quin is sit, quem codicum maior numerus (α^1 α^2 β γ^1 γ^2 δ ε^1 ε^2 η λ) ostendit, dubitari nequit. legebantur igitur carmina in antiquo aliquo psalterii exemplari prooemii loco, ita ut praecederent uersus pseudohieronymiani (63,1—10), sequerentur Damasiani (1,1—17). certe in his uu. 2—5 arte inter se cohaerent efficientes tetrastichum de aquis salutaribus baptisterio inscribendum hoc

Quisque sitit ueniat cupiens haurire fluenta,
inueniet latices seruant qui dulcia mella:
sordibus expositis purgant penetralia cordis,
pectora cum renouant Christo seruire parati.

cuius epigrammatis uersum primum Sarazanius (adn. ad carm. XV) incisum se uidisse ait 'in antiquo labro marmoreo pro fontibus ante ecclesiam s. Bartholomaei in insula, charactere antiquo, ut Damasi tempore scriptus uideatur' 1), eundemque Rossius exscripsit ex epistylio aedium sacrarum Portuensium 2). in altera autem carminum recensione (β^1 ϑ μ φ Sab.) uersus ille *nunc Damasi monitis aures praebete benignas* iniusto loco interpositus confusionis ansam dedit. hoc tamen quaeritur, num apte uersus quinque priores huic Damasi de Dauide carmini praefigantur. equidem persuasum habeo primum uersum, quem in codice β desiderari monui, a lectore quopiam intrusum esse, qui mala sapientia inductus significare uoluerit iam finito carmine Hieronymiano audiendum esse Damasum de Dauide monentem.3) at qui indolem carminum Damasianorum diligentius perpenderit, concedet, opinor,

1) Murat. 489, 7 'Romae in concha marmorea, e schedis Ptolomeis'.

2) Bull. crist. 1866 p. 50, p. 103 n. 11 ('grandi lettere rozzamente imitanti le damasiane'). cf. CIL XIV 1941. Anthologia Buecheleri n. 336. Germano di S. Stanislao La casa celimontana dei ss. martiri Giovanni e Paolo p. 274.

3) comparauit Manitius (Mus. Rhen. XLV p. 317) Iuuenci uersum I 715 *quisque meis monitis auresque et facta dicabit.*

omisso tetrasticho, quo celebrantur *latices qui seruant dulcia mella* et *purgant penetralia cordis*, carmen multo melius procedere tale, qualia pontifex solitus est componere nominis sui mentionem calci reseruans, ut factum uidemus in elogio Petri Paulique n. 26 *Hic habitasse prius sanctos cognoscere debes .... haec Damasus uestras referat noua sidera laudes.* nusquam enim auctor nominis sui prodigus bis in eodem nomen edit. quapropter tetrastichum quoque illud, etsi stilum Damaso conuenire non prorsus abnuerim [1]), ab hoc carmine alienum puto.

Carmen de Paulo apostolo (n. 2) in plurimis codicibus maxime Pauli epistularum prooemii instar legitur, mendosum in plerisque. adhibui hosce:

Cod. Monac. 6229 (Fris. 29) saec. VIII/IX f. 1 (uide Catalog. cod. Lat. bibl. Monac. I 3 p. 75). secuntur Pauli epistulae cum 'prologo Hieronymi'

m et argumentis. notaui littera **m**.

Cod. Bern. 334 miscell. saec. X f. 251 *incipiunt uersus papae Damasi in laude Pauli apostoli.* [2]) se-

b cuntur epistulae Pauli. mihi erit **b**. describendum mihi curauit u. d. Bloesch bibliothecae praefectus.

q Cod. Vossianus (q) Q. 69 saec. X f. 18 *Versus Damasi episcopi urbis Romae.* contulit mihi de Vries. [3])

---

1) clausula *seruire parati* redit in 8 (*praeceptis .... seruire parati*), *penetralia cordis* in 11, *penetralia Christi* in 2. ea quae Rossius Inscr. christ. II p. 450 ad probandum Damasum auctorem adfert nihil probant. nam elogium Redempti (21* *dulcia nectario promebat mella canore prophetam celebrans placido modulamine senem*) uix Damasianum iudicari poterit (u. adn. et quae exposui Mus. Rhen. L p. 199. 203); neque Damasus in epist. IX (ed. Merendae p. 221) ad Hieronymum data scripturas sacras *animae pabulum* dicens *quo omnia mella superantur,* aliud significat nisi prophetae uerbum (Ps. 118, 103) *quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.*

2) Hagen Catalogus codicum Bernensium p. 332.

3) Catalog. Bibl. Vniu. Lugd. Bat. an. 1716 p. 382 nr. 69.

Cod. Paris. 8093 (olim Colb. 1512) saec. IX f. 32′ *Versus pape Damasi in laude Pauli.* contuli et notaui **p** littera.[1]

Cod. Paris. 1941 (olim Colb. 2075) saec. XIII f. 97 *Incipiunt uersus papae Damasi in laudem Pauli apostoli.* contuli ($\mathbf{p}^1$). $\mathbf{p}^1$

Cod. Carnotensis (**c**) 495 (67) uol. II saec. XII **c**
f. 155 *Incipiunt uersus papae Damasi in laudem Pauli apostoli.* contuli.[2]

Cod. Sessorianus 34 (Bibl. Victorii Emanuelis nr. 1269) saec. XI f. 7′ *uersus Damasi p̄p̄.* contuli (**s**). **s**

Cod. Vatic. Palatin. 57 saec. X/XI f. 14 *Incipit uersus sancti Damassi episcopi urbis Rome.* contuli (**r**).[3] insunt praeter alia Pauli epistulae cum pro- **r**
logo anonymi auctoris et argumentis.

Cod. Laurent. e bibliotheca aedilium Florentinae ecclesiae 126 saec. XI f. 191 *coartatur uersus sancti Damasi episcopi urbis Romae*[4]. contuli (**f**). insunt **f**
ueteris testamenti libri inde ab Iob libro et noui libri omnes.

Cod. Laurent. conuent. suppr. 291 (Vallombr. 190) saec. XI—XII f. 52′ *uersus Damasi pape* ..... *expliĉ uersus Damasi p̄p̄. Incipit argumentum. Romani sunt partes Italiae* eqs. contuli ($\mathbf{f}^1$). $\mathbf{f}^1$

Codicum trium Aurelianensium $\mathbf{o}^1\,\mathbf{o}^2\,\mathbf{o}^3$ = codd. $\mathbf{o}^{1\text{-}3}$
n. 13 saec. XIII p. 416, n. 82 saec. X p. 2, n. 86 saec. XII p. 1 lectiones selectas mecum communicauit Loiseleur bibliothecae praefectus.[5]

Rossi IChr. II p. 250. 251. 271. 274. GGoetz Corp. gloss. lat. V p. XXVII sq.

1) Rossi IChr. II p. 271. 272.

2) Catalogue général des bibl. des départ. XI p. 210.

3) Biblioth. apostolicae Vaticanae codd. mss. Codd. Palatini latini I (1886) p. 10.

4) Bandini Bibliotheca Leopoldina Laurentiana I p. 230.

5) Catalogue des mss. des bibliothèques publ. de France. Départ. t. XII p. 11. 40. 41.

De codice Vindocinensi 127 saec. XI (f. 30) certiorem me fecit ENouel professor.[1])

r^{1} Cod. Vatic. Regin. 1598 (**r**^{1}) chart. continet indicem librorum manu scriptorum bibliothecae s. Petri, inter quos enumeratur (nr. 15) f. 1 *nouum testamentum charactere antiquissimo, in quo epistula ad Laodicenses. post prologum in epistulam ad Romanos scripti sunt sequentes uersus: Versus s. Damasi papae urbis Romae. In modum Saulus procerum* eqs. — inspexi praeterea

r^{2} Cod. Vatic. 5104 (**r**^{2}) saec. XV (folio ultimo).

Cod. Vatic. Vrbin. 60 saec. XV, ubi post *Iohannis Chrysostomi de laudibus beati Pauli apostoli* homiliam octauam f. 178 incipiunt *illustrissimi uiri Damasi Romane ecclesie pontificis summi in laudem*
r^{3} *apostoli Pauli egregii uerșus.* notaui littera **r**^{3} (cf. **f**^{2}).

r^{4} Cod. Vatic. Ottobon. 222 (**r**^{4}) saec. XIV/XV f. 396 *uersus Damasi papae super epistolis Pauli.*

f^{2} Cod. Laurent. XIV 20 (**f**^{2}) saec. XV f. 56′ *uersus sancti Damasi pape de laudibus apostoli Pauli.* sequitur *Iohannis Chrysostomi Constantinopolitani episcopi de laudibus Pauli apostoli omelia prima.*[2]) cf. cod. **r**^{3}.

v Cod. Vallicell. C 1^{I} saec. XIV (**v**), ubi carmen extat ante Pauli epistulam ad Romanos.

Accedunt codices non contemnendi, unde priores editores carmen petiuerant Aldus, Fabricius, Browerus[3]), inter quos liber Fuldensis, quem teste Browero 'gloriosus martyr s. Bonifatius Germanicae nationis apostolus circumtulit', facile principem locum obtinet, etsi carminis parte posteriore (inde a u. 18) euanida non sine causa de lectionibus quibusdam dubitari possit, num re uera ita ut editor eno-

---

1) eiusdem catalogi uol. III p. 433.
2) Bandini Catal. codd. lat. bibl. Laurent. I p. 127.
3) u. carminis adnotationem.

tabat in codice extiterint. e uetere ms. monasterii s. Caeciliae trans Tiberim (t) sumpsit Iohannes t
Baptista Villalpandus Cordubensis editor Remigii explanationum in Pauli apostoli epistulas, Maxima biblioth. ueter. patrum VIII p. 888.

Denique extat etiam in syllogis Petri Sabini (Rossi IChr. II p. 441 nr. 148), qui sumpsit e 'codice uetusto b. Pauli apostoli epistularum in monasterio Campi Martis', et **Th**, de qua supra dictum **Th**
est, sed hic mutilum et corruptissimum (Rossi l. c. II p. 247 n. 12). praecedit in hoc codice epigramma, quod dedi in appendice n. 73, sequitur carmen non minus corruptum auctoris ignoti de Hieronymi in prophetas commentariis, quod Damasi non esse primo obtutu apparet.[1]

Quos codices ad constituendum textum sufficere arbitror, ita ut ceteri sine damno neglegi possint: neque enim exhausisse me bibliothecarum puteos gloriari animum induco.[2] de singulorum autem codicum indole quid iudicandum sit, ex apparatu critico patebit, id uidelicet, nullum uitiis prorsus carere neque facile e mendorum genere stemma statui posse idoneum. orthographica pleraque silentio praeterii, cum ne uetustioribus quidem libris satis fidei haberi possit. selectas tantum lectiones propono codicum Aurelianensium Vindocinensis Vallicelliani, ceterorum me scias recepisse omnia quae memoratu digna uisa sunt omissis manifestis scribarum erroribus. hoc addam exemplum Aldi a Fabriciano non differre nisi duobus locis, u. 13, ubi *ratus* Aldus, *carus* Fabricius, et u. 25, ubi hic ueram

---

1) Bull. crist. 1884—1885 p. 8 et 15.

2) indicantur alii codices ab Ewaldio Neues Archiv VI p. 316 (cf. Rossi IChr. II p. 256, Toletanus 14, 22 nunc in bibliotheca Matritensi) et in Catalogis bibliothecarum municip. Galliae uol. I (Rouen) p. 1 (cod. n. 1 saec. XI), p. 119 (cod. n. 529 saec. XII) et uol. V (Charleville) p. 568 (cod. n. 49 saec. XII) eumque numerum augeri posse persuasum habeo.

lectionem *sanctissime*[1]), ille cum omnibus fere codicibus *beatissime* praebet.

Tertio loco edidi carmen, quo compellatur 'frater' quidam christianus. nomen auctoris cum in ipsis uersibus desideretur, dubitari poterit[2]), num iure in codicum altero Damasi nomen sit adscriptum[3]). in altero, ubi de auctore tacetur, praemissum est distichon tamquam eiusdem carminis hoc

Iustius inuidia nihil est, quae protinus ipsum
corrodit auctorem excruciatque animam.

quod idem Hieronymus (VII p. 508 Vall.) his laudat uerbis: *pulchre quidam de neotericis Graecorum uersum transferens elegiaco metro de inuidia lusit dicens: iustius inuidia nihil est, quae protinus ipsum auctorem rodit* (ita rectius) *excruciatque animum.*[4]) Damasum auctorem Vergiliana (u. adn.) uidentur confirmare, neque offendit in *fabulas* prima correpta magis quam in *lŭgubres* (n. 40) aut producta in *fācula* (n. 10).[5]) sed cum desiderem genus dicendi Damasi proprium, asteriscum adposui.

Sequitur series epigrammatum Damasianorum lapidibus inscriptorum intermixtis pseudodamasianis, quae asterisco notaui, ordine topographico, cuius conspectum reperies in indicibus. de singulis haec monenda uidentur.[6])

5* cur spurium iudicem in adnotatione ad u. 4 exposui.

De 15* et 16* fragmentis minusculis ipse Rossius

---

1) sic o² et Vindocinensis. iidem u. 23 recte *quo* (cum Aldo et Fabricio); u. 26 Vindocinensis cum o¹ö³ Aldo Fabricio genuinum *Paule* seruauit.

2) Mus. Rhen. L p. 191. 195.

3) u. adnot.

4) Mommsen Mus. Rhen. IX p. 298. Haupt Opusc. III p. 338. Baehrens Poet. lat. min. III p. 169.

5) Mus. Rhen. L p. 201.

6) u. Mus. Rhen. L p. 193 sqq.

dubitat num scriptura sit proprie Philocaliana. ego non uidi.

Ad 20*. quo iure Baronius contendat Siricium presbyterum comministros habuisse Sisinnium presbyterum (u. n. 28*) et Tigridam diaconum ignoratur. de elogii origine Damasiana minime constat neque enim ad hoc probandum clausula *praecepta secutus* (u. adn. 2,1) sufficit.

Elogium Redempti leuitae (21*) Merenda in appendice dedit, quod Damasum sapere uideretur, neque minus Rossius Damaso dignum existimauit. adsentirer, nisi offenderet mirus ille lapicidae error (u. 3) et forma litterarum uolgaris. sane fieri potest, ut uiuo Liberio episcopo titulus insculptus sit, antequam arte Philocaliana uti coeperit Damasus, sed tali argumentationi diffidendum esse iterum iterumque moneo. imitatorem igitur audio, non ipsum pontificem, qui nomen suum tacere non solet. de praua mensura *sēnem* (u. 4) uide adnotationem.

De epitaphio Sisinnii uel Sisenni presbyteri 28* u. adnotata et supra ad n. 20*.

Leonem episcopum, qui carmine celebratur 33*, ne audacius Rossius patrem dixerit Florentii leuitae (34*) uereor. nihil autem suadere ut auctorem sumamus Damasum, monui Mus. Rhen. l. c. p. 199. in utroque carmine desidero genus dicendi Damasi proprium, desidero nomen auctoris uel maxime in epitaphio episcopi, desidero artem uere Philocalianam, a qua illud *orae* pro *ore* (34,8) plane abhorret (u. adn.).

38* et 39* cur receperim dixi in adn. 38*. Damasum auctorem esse nemo contendet, quod idem cadit in fragmentum, cuius mentionem feci in adn. 18 (ex Rossio Roma sott. I p. 120).

De epitaphio Felicitatis 41* uerba feci Mus. Rhen. l. c. p. 203; inter pseudodamasiana reiciendum esse persuasum habeo (u. adn.).

Fragmenta 50* et 51* recepi propter litterarum

speciem Philocalianam, sed Damaso tribuere non audeo; ab imitatore potius artis Philocalianae profecta sunt.

62* propter stili diuersitatem Damaso abiudico.

De 62a* similiter statuendum est atque de superioribus n. 38* et 39*.

In appendice (n. 63—107) dedi carmina spuria aliaque nonnulla, quae ad inlustranda Damasiana idonea uisa sunt.[1]) secutus sum eundem ordinem topographicum praemissis iis, quae lapidibus destinata non erant. de uersiculis qui Hieronymi feruntur de psalterio supra ad n. 1 dictum est. prorsus a Damasianis differunt poematia de Christo (64. 65 acrostichides et telestichides de nomine Iesu, 66 de ascensione Christi, 67 de cognomentis saluatoris) a Fabricio sumpta e codice cuius ei copia facta erat a Iohanne Oporino librorum redemptore. e quibus certe carmen de cognomentis saluatoris Damasi nomen iniuria prae se fert, cum adscribatur in codice Oporiniano 'Seuero' cuidam, in codice Turicensi saeculi IX 'Siluio' (u. adn.).

---

1) recepi omnia quae in editionibus Damasi leguntur. omisi alia quaedam a posterioribus Damaso sine ulla probabilitate uindicata, quae enumerat Rossius Bull. crist. 1884—1885 p. 11 not. 2, in his carmen satis prolixum 'in natali ss. Iohannis et Pauli' (*nobilis in Roma uixit pulcherrima uirgo Constantina nouae praebens spectacula uitae* eqs.) apud Maium Nou. patr. bibl. I 2 p. 211 (cf. p. 199) et alia tria ab Eugenio de Levis edita Anecd. sacr. (Taurini 1790) p. 17 sqq., unde repetiuit Migne Patrol. XIII p. 415 sqq. (cf. Faustini Areuali adn. ad Dracontii carmen de deo I 176 ap. Mignium LX p. 703, Rossi IChr. II p. 255). elogii denique pontificis cuiusdam e codice Petropolitano a Rossio prolati (Bull. crist. 1883 p. 5 sqq. IChr. p. 83 n. 26 et p. 85 n. 31ª, Buecheler Anth. epigr. n. 787) ne hic quidem mentionem inicerem, nisi in Teuffelii hist. litt. Rom. § 422, 2 memoratum inuenirem, tamquam si quis serio auctoritatem Damasi efficere studuisset, id quod factum est nusquam. Liberium papam illo carmine laudari Rossius coniecerat adstipulante Duchesnio Lib. pont. I p. 209 sq., contra dixerunt Funk Histor. Jahrbuch der Goerresgesellschaft V 1884 p. 424 sqq. et Friedrich in actis min. acad. Monacensis 1891 p. 87 sqq. (cf. Rossi Bull. crist. 1890 p. 133 sqq.)

neque minus ceterorum originis Damasianae desiderantur testimonia, ut iure meritoque damnauerit Rossius (Bull. crist. 1884—1885 p. 10) ut plane abhorrentia a Damasi stilo genereque dicendi.[1]) ad quae recensenda cum libri manu scripti mihi praesto non fuerint, adquiescendum fuit in exemplis Fabricianis a Sarazanio Riuino Merenda expressis. sunt autem leuia ieiunaque fere nullius pretii.

Sequitur carmen de saluatore, 'paschale' quod uolgo uocant, Augusto gratulatum missum (68), quod in libris nonnullis Damasi nomine inscriptum se inuenisse editores quidam adserunt.[2]) contra codices omnes, quos quidem Birtius nouerat[3]), Claudiano adsignant receptumque est a nouissimis Claudiani editoribus inter genuina eius carmina. is num re uera composuerit hic non disceptabo. fateor tamen Birtium mihi non prorsus persuasisse carmen a pagano illo peruicacissimo, quem uocat Orosius VII 35, profectum esse, neque certior mihi Niebuhrii coniectura uisa est Merobaudem illud confecisse sumentis propter huius cum altero de laude Christi carmine (69) adfinitatem. utcumque igitur res se habet, qui curiose Damasi quae extant genuina in comparationem uocauerit, eam deprehendet differentiam, ut de Damaso auctore cogitari omnino non possit, id quod non fugit Sarazanium hac in re cautiorem Merenda iudicem.[4]) quae contra dicit Manitius leuiora sunt.[5])

De hymnis (70. 71) breuiter absoluere possum,

---

1) notanda imprimis quae de *et* copulae usu Damasiano exposui Mus. Rhen. L p. 195 sq. et in adn. 11,9. cf. MAmend Studien zu den Gedichten d. Papstes Damasus p. 20.

2) Fabricius in comment. in poet. eccles. p. 35. 43. Merenda edit. p. 136.

3) in edit. Claudiani p. LXIII sqq.

4) Rossi Bull. crist. 1884—1885 p. 9. 10. Birt l. c. p. LXVII, qui tamen de 'sancta' Damasi 'barbarie' non recte iudicat.

5) Mus. Rhen. XLV p. 317, Geschichte der christl. lat. Poesie p. 120. 325. cf. Amend l. c. p. 21.

cum copiose de iis exposuerit BHoelscher docueritque argumentis ualidis [1]) auctoritatem Damasi fundamentis niti nullis. stilus plane diuersus est obstantque metrica et prosodiaca [2]) maximeque uersuum clausulae inter se consonantes; accedit quod codex mihi innotuit nullus, qui Damasi nomen luculenter prae se ferat, nam in 71,22 (*pro misero rogita Damaso*) Damasi nomen coniectura obtrusum esse quasi certum est. [3]) Damasianis adnumerauerunt Fabricius, Baronius [4]), Sarazanius [5]), Merenda aliique; pontifici abiudicauerunt praeter alios Tillemontius [6]), Rossius [7]), Manitius [8]), rem in medio relinquunt alii, in his Iohannes Kayser [9]). quo tempore compositi sint statui nequit, certe multo post Ambrosii tempora. in recensendo hymno de s. Andrea (70) praeter editiones Damasianas usus sum copiis a Danielo congestis [10]), codice Monacensi 16119
m saec. XI (**m**), quem Monius contulit [11]), hymnario abba-
d tiae Moissiacensis (cod. Rossianus est saec. X, mihi **d**) [12]);
hymnus de s. Agatha extat in **d** adiectus manu saec.
g XI—XII [13]), in codice Sangallensi 403 saec. XII (**g**),

1) De ss. Damasi papae et Hilari episcopi Pictauiensis qui feruntur hymnis sacris. Progr. gymn. Monaster. 1858.

2) 70,6 *ipso* (at u. adn.), 71,5 *ĕlegans*, 71,15 *găuisa*, 71,22 *sŭplicet*.

3) cf. Rossi Bull. crist. 1884—1885 p. 17 et adn. crit. ad hunc uersum.

4) Martyr. Rom. d. 5 Febr. et d. 30 Nou. (edit. a. 1613 p. 67 et 502).

5) qui tamen dubitat de origine hymni de s. Andrea.

6) Hist. eccl. III p. 730.

7) l. c. p. 17.

8) Geschichte der christl. lat. Poesie p. 120.

9) Beitraege zur Geschichte u. Erklaerung der aeltesten Kirchenhymnen I² (Paderborn 1881) p. 103 sqq.

10) Thesaur. hymnol. I p. 8 (cf. IV p. 143. 363).

11) Latein. Hymnen des Mittelalters III p. 97 (cf. Daniel l. c. IV p. 363).

12) Dreves Analecta hymnica medii aeui II Lips. 1888 p. 72 n. 91.

13) Dreves l. c. p. 100.

unde mihi exscripsit Adolphus Faeh, in Rhenouiensi saec. XI (r) et Vindobonensi saec. XII (v) conlatis a Danielo.[1]) r v

Acrostichis Constantinae (n. 84) codicibus nonnullis maxime Prudentianis traditur fere una cum Damasi de s. Agnete carmine (n. 40), quae utraque Prudentius in ipsis lapidibus uidetur legisse. sed cum hoc temporum inuidiam uicerit, illud iam saeculo sexto ineunte uidetur periisse, cum Symmachus pontifex (a. 498—514) apsidem basilicae, quam femina illa in honorem Agnetis Romae condiderat, ruinas minantem renouasse tradatur.[2]) postea tota basilica ab Honorio restituta picturisque exornata est.[3]) non defuerunt, qui acrostichidem Damaso tribuerent[4]); quos cur refellam omnino non est, quippe cum ad fulciendam coniecturam futtilem argumentum prolatum sit nullum. ediderunt multi, alii ex aliis codicibus[5]); plenior in hac demum editione recensio proponitur facta ad codices hosce:

G = cod. Paris. 13348 (olim Sangermanensis) saec. VIII—IX f. 78 ubi praemittuntur haec: *requere ordinem historiae. Constantina itaque agusta cum esset prudentissima et uehementer litteris mundialibus erudita, hos uersiculos in dedecatione basilicae dictauit et super archum, qui basilicam contenet, iusset scribi ita ut capita uersuum nomen eius scribant singulis litteris primis intentis quibus legitur* CONSTANTINA DO. ediderunt ex hoc codice Garruccius et Rossius, recognoui ego. G

A = cod. Ambrosianus D 36 sup. f. 18 *uersus Constantinae Constantini filiae scripti in absida basilicae quam condidit in honore sanctae Agnes.* apo- A

1) l. c. IV p. 163.
2) Lib. pontif. ed. Duchesne I p. 263.
3) u. adn. carm. 40.
4) Baronius, Mazochius, nuper etiam Manitius Gesch. der christl. lat. Poesie p. 121.
5) u. adnot.

graphum debeo beneuolentiae Antonii Ceriani bibliothecae Ambrosianae praefecti egregii, qui carmen non prima manu (saec. VI—VII), sed altera saec. IX uel X adiectum esse adfirmat.

s^1 s^1 = cod. Sangall. 135 saec. X *uersus Constantinae Constantini filiae scripti in ecclesia Agnetis uirginis.*

s^2 s^2 = cod. Sangall. 136 saec. X—XI *uersus Constantine Constantini filie scripti in absida basilice quam condidit in honore sancte Agnes.* utrumque mihi contulit Adolphus Faeh.

v v = cod. Vindob. 445 saec. XII f. 60^b cum simili inscriptione. mea causa inspexit Rudolphus Beer.

p^1 p^1 = cod. Vatic. 3860 saec. XI f. 33

p^2 p^2 = cod. Vatic. 5821 saec. X f. 24'. priorem Vaticanum Faustinus Areualus et Merenda adhibuerunt, utrumque recognoui.

accedunt exempla Fabricianum et Gruterianum, praeterea Isonis magistri (saec. IX) glossae in Prudentium (e codice Widmani editae in Ioh. Weitzii Adnot. in Prudentii opera [1])).

Quibus expositis breui in conspectu proponam editiones carminum Damasi.[2]) primam curauit Georgius Fabricius 'Poetarum ueterum ecclesiasticorum opera christiana et operum reliquiae atque fragmenta' Basileae a. 1562 ('per Iohannem Oporinum') p. 771—774 'Damasi episcopi Romani elogia'.[3]) sed ex undecim quae exhibet tria tantummodo genuina sunt (de Paulo n. 2, de Agnete n. 40, de Felice Nolano n. 61).[4]) maiorem numerum Sarazanius congessit in editione cui inscribitur 'S. Damasi papae opera quae extant et

1) Hanouiae 1613 p. 806. 807 (ed. Prud. c. not. NicHeinsii, Colon. 1701 p. 462. 463).

2) cf. Rade Damasus p. 2 sqq. Rossi Bull. crist. 1884—1885 p. 10. 31.

3) repetita in Maxima bibl. ueterum patrum V Lugdun. 1677 p. 635 sq.

4) reliqua spuria, huius editionis n. 64—68. 70. 71. 84.

uita ex codicibus mss. cum notis Martii Milesii Sarazanii I. C. Romani', Romae a. 1638.[1]) Fabricianis adiecit carmina uiginti nouem, quorum quinque ex lapidibus excepit (n. 4. 27. 31. 49. 53 huius editionis), reliqua ei suppeditauerunt Gruterus (cod. L) et Baronius[2]). spuria iudicanda sunt praeter Fabriciana n. 19. 20. 36. 38. 40 (huius editionis n. 102. 103. 87. 101. 105). iisdem fere copiis usus est Andreas Riuinus, cuius editio 'S. Damasi natione Hispani, Romanorum primi pontif. mx. carmina sacra hymni elogia et epigrammata, quae ille basilicis platoniis et conciliis ss. martyrum Romae fere inscripsit, diu sane desiderata nec uspiam typis hactenus[3]) simul euulgata, nunc sigillatim e Rom. marmoribus priscisque Christianorum monumentis manuque partim exaratis partim etiam editis codd. congesta emaculata et notis breuibus illustrata ab Andrea Riuino' Lipsiae prodiit anno 1652. adsignat autem pontifici quadraginta quattuor carmina, dubitans tantum de duobus (huius editionis n. 89 et 91), cum sint subditicia duodeuiginti.[4]) in notis autem pauca bene obseruauit, plurima pro sua audacia pessumdedit. centum fere annis post editio lucem uidit, qua plerique uti solent, Antonii Mariae Merendae 'S. Damasi papae opuscula et gesta cum notis M. M. Sarazanii iterum collecta, nunc uero primum aucta et illustrata diatribis duabus, altera de gestis Liberii exulis, altera an Damasus fauerit aliquando Maximo cynico aduersus Gregorium Nazianzenum et Nectarium, quibus praeter indicem materiarum adiiciuntur etiam

1) mihi editio altera Parisina a. 1672 (apud Ludou. Billaine) praesto fuit, ubi carmina leguntur commentariis instructa p. 135 sqq. praemissa est epistula dedicatoria Federici Vbaldini, qui iubente Francisco Barberino cardinale librum foras dedit. repetita est editio in Maxima bibl. uet. patr. uol. XXVII (Lugdun. 1677) p. 55 sqq.

2) Annal. eccles. ad a. 384.

3) non nouerat ille editionem Sarazanii.

4) n. 8 Prudentianum est perist. VIII.

opuscula apocripha eiusdem', Romae a. 1754. carmina triginta et septem Damaso adscripta leguntur p. 223—242. quinque ex eis quae Sarazanius receperat, iure damnauit (huius editionis n. 84. 101. 102. 103. 105), adiecit duo (n. 10. 12, huius editionis n. 13. 18) itemque appendicis loco alia quinque, quae illi Damasum sapere uisa sunt (huius edit. n. 21*. 33*. 41*. 43. 85). denique in addendis obseruationes nonnullas Terribilinii abbatis cuiusdam publicauit sat utiles, quas non semel citabo. Merendae editionem typis denuo exscribendam curauit Gallandi in Bibliothecae ueterum patrum uol. VI (a. 1770) p. 345—352 paucis mutatis adhibitisque aliis subsidiis[1]), et Migne in Patrologiae Latinae uol. XIII (a. 1845) p. 109—442, qui praeter menda ut eius mos est typographica addidit tria carmina ab Eugenio de Levis perperam Damaso tributa[2]) et p. 1217 alia duo originis dubiae (huius edit. n. 3* et 28*). —

Restat ut gratias agam uiris doctissimis, qui comiter de lectionibus codicum quos ipse inspicere non potui, certiorem me fecerunt, ANTONIO CERIANI Ambrosianae bibliothecae praefecto, CASTELLANIO Veneto, ADOLPHO FAEH Sangallensi, HENRICO OMONT Parisino, FRIDERICO LEITSCHVH Bambergensi, BLOESCHIO professori Bernensi, NOVEL professori Vindocinensi, LOISELEVR Aurelianensi, SGDEVRIES Leidensi, LAVBMANNO Monacensi, RVDOLPHO BEER Vindobonensi. quod autem FRANCISCVS BVECHELER, qua est humanitate, opera mihi adfuit et consilio, hoc non tantum ego grato confiteor animo, sed aestimabunt etiam lectores, si qui hunc libellum euoluent.

Scr. Halis Saxonum mense Febr.

---

1) uelut elogium Sisinnii (n. 28*) praeeunte Terribilinio appendici subiunxit (p. 352).

2) u. supra p. XXIV not.

TESTIMONIA
DE DAMASO SELECTA

Rossi Inscr. christ. I p. 100 n. 190 Ereni que uixit ann(us) p(lus) m(inus) XLV, cum cupare[1]) suo fecit annus VIII, que recessit III non. in [p]ace sub Damaso episco(po).[2])

Rossi Roma sott. III p. 424 locus trisonus (*sic*) Victoris in cruta Damasi.[3])

Ps. Ambrosius (Ambrosiaster) in comment. in Pauli epist. ad Tim. I 3, 14 ut cum totus mundus dei sit, ecclesia tamen domus eius dicatur, cuius hodie rector[4]) est Damasus.

Constitutio Valentiniani ad Damasum de clericis testamenta captantibus lecta a. 370 in ecclesiis urbis Cod. Theod. XVI 2, 20: Ecclesiastici aut ex ecclesiasticis uel qui continentium se uolunt nomine nuncupari, uiduarum ac pupillarum domos non adeant, sed publicis exterminentur iudiciis, si posthac eos adfines

---

1) i. e. *compare*.

2) anno 366 uel 367 Rossius tribuit; u. eius adnotat. ad hunc titulum et ad n. 139, proleg. p. VIII et Bull. crist. 1876 p. 18.

3) designari uidetur crypta infra basilicam Damasi uia Ardeatina sita. inscriptionem uidit solus Marinius 'apud Sacristam pontificis e coem. s. Sebastiani', u. Rossium l. c. not. 7 et uol. I p. 61.

4) u. adn. epigr. n. 5*.

earum uel propinqui putauerint deferendos. censemus etiam ut memorati nihil de eius mulieris cui se priuatim sub praetextu religionis adiunxerint, liberalitate quacumque uel extremo iudicio possint adipisci, et omne in tantum inefficax sit quod alicui horum ab his fuerit derelictum, ut nec per subiectam personam ualeant aliquid uel donatione uel testamento percipere. quin etiam si forte post admonitionem legis nostrae aliquid iisdem eae feminae uel donatione uel extremo iudicio putauerint relinquendum, id fiscus usurpet. ceterum si earum qui uoluntate percipiunt, ad quarum successionem uel bona iure ciuili uel edicti beneficiis adiuuantur, capiant ut propinqui. lecta in ecclesiis Rom. IV kal. Aug. Valentiniano et Valente III coss.[1])

Cod. Theod. XVI 1, 2 (de fide catholica) Cunctos populos quos clementiae nostrae regit temperamentum, in tali uolumus religione uersari, quam diuinum Petrum apostolum tradidisse Romanis religio usque nunc ab ipso insinuata declarat, quamque pontificem Damasum sequi claret eqs. (*a. 380*).[2])

Faustini et Marcellini presbyterorum partis Vrsini aduersus Damasum libellus precum ad imperatores Valentinianum Theodosium Arcadium. ·*Praefatio*[3]):

1) cf. Rade l. c. p. 50 sq.
2) Cassiod. Hist. trip. IX 7.
3) primus edidit Sirmondus Parisiis 1650. extat in Iacobi Sirmondi opp. uar. uol. I (Paris. 1696) p. 217 sqq. et in Mignii Patrol. Lat. XIII 1845 p. 81 sqq. unde praefationem hauserit Sirmondus nescio; certe deest in codicibus Parisinis 1564 (olim Colbertino) saec. IX et 1687 saec. XI, quos mea causa inspexit AEnander Parisinus. in illo f. 48' *Incipit de confessione uere fidei sacrae communis et persecucionis aduersante ueritatis. Depraecamur* eqs. [Migne p.|83], explicit f. 55' *Christi fauore regnabitis. Marcellianus praesbiter obtulli*; in hoc f. 1 *Incipit de confessione uerae fidei et ostentatione muneris et persecutionis aduersante ueritatis. Deprecamur* eqs., finitur f. 6'

I Temporibus Constantii imperatoris, filii Constantini, durior orta est persecutio Christianorum ab impiis haereticis Arrianis annuente Constantio, qui et Athanasium episcopum resistentem haereticis persecutus est et ut damnaretur ab omnibus episcopis imperauit. quod etiam metu principis facere temptauerunt omnes ubique pontifices inauditum innocentemque damnantes. sed Liberius Romanus episcopus et Eusebius Vercellensis et Lucifer Caralitanus et Hilarius Pictauensis dare sententiam noluerunt. hi ergo mittuntur in exilium pro fide seruanda. cum Liberio Damasus diaconus[1]) eius se simulat proficisci; unde fugiens de itinere Romam rediit ambitione corruptus. sed eo die quo Liberius ad exilium proficiscebatur[2]), clerus omnis id est presbyteri et archidiaconus Felix et ipse Damasus diaconus et cuncta ecclesiae officia, omnes pariter praesente populo Romano sub iureiurando firmauerunt se uiuente Liberio pontificem alterum nullatenus habituros. sed clerus contra fas, quod minime decebat, cum summo periurii scelere, Felicem archidiaconum ordinatum in locum Liberii susceperunt. quod factum uniuerso populo displicuit et se ab eius processione suspendit. post annos duos uenit Romam Constantius, pro Liberio rogatur a populo, qui mox annuens ait: 'habetis Liberium, qui qualis a uobis profectus est, melior reuertetur'. hoc autem de consensu eius, quo manus perfidiae dederat, indicabat. tertio anno redit Liberius, cui obuians cum gaudio populus Romanus exiuit.[3]) Felix notatus a senatu uel populo de urbe propellitur et post parum temporis

---

Christi fauore regnabitis. Marcellianus prbr obtuli. — Res gestas enarrant praeter alios Iosephus Langen Geschichte der roem. Kirche p. 471 sqq. 495 sqq. Martinus Rade Damasus p. 7 sqq.

1) cf. epigr. n. 57.
2) a. 355.
3) a. 358.

impulsu clericorum qui periurauerant, irrumpit in urbem et stationem in Iuli basilica trans Tiberim[1]) dare(?) praesumit: quem omnis multitudo fidelium et proceres de urbe iterum cum magno dedecore proiecerunt.

II Post annos octo Valentiniano et Valente consulibus X kalendarum Decembrium die defunctus est Felix.[2]) Liberius misericordiam fecit in clericos qui periurauerant, eosque in locis propriis suscepit. itemque VIII kal. Oct. Gratiano et Dagalaifo consulibus Liberius humanis rebus eximitur.[3]) tunc presbyteri et diacones Vrsinus, Amantius et Lupus cum plebe sancta[4]), quae Liberio fidem seruauerat in exilio constituto, coeperunt in basilica Iuli procedere et sibi Vrsinum diaconum pontificem in locum Liberii ordinari deposcunt. periuri uero in Lucinis[5]) Damasum sibi episcopum in loco Felicis expostulant. Vrsinum Paulus Tiburtinus episcopus benedicit. quod ubi Damasus, qui semper episcopatum ambierat, comperit, omnes quadrigarios et imperitam multitudinem pretio concitat et armatus fustibus ad basilicam Iuli perrumpit et magna caede fidelium per triduum debacchatus est. post dies septem cum omnibus periuris et arenariis, quos ingenti corrupit pretio, Lateranensem basilicam tenuit et ibi ordinatus episcopus[6]) et redimens iudicem urbis Viuentium[7]) et praefectum annonae Iulianum id egit ut Vrsinus uir uenerabilis, qui prius fuerat episcopus ordinatus, cum Amantio et Lupo diaconibus

1) hodie basilica s. Mariae trans Tiberim, Duchesne Lib. pont. I p. 206.

2) Portu Augusti a. 365. cf. Duchesne l. c. I p. CXXIII et 209.

3) a. 366. Duchesne l. c. p. 210. *Dagalaiso* hoc et altero loco Migne edidit perperam, u. Rossi Inscr. christ. I nn. 186 sqq.

4) *plebs sancta* in epigrammatis nn. 21*. 59. 82.

5) Duchesne l. c. p. 214.

6) kal. Oct. a. 366.

7) cf. testimonium ex Amm. Marcell. infra positum p. XLI. Seeck Hermae uol. XVIII p. 299. 302.

in exilium mitteretur. quod ubi factum est, coepit Damasus Romanam plebem, quae se nolebat procedere, fustibus et caede uaria perurgere. presbyteros quoque numero septem detentos per officium nititur ab urbe propellere. sed plebs fidelis occurrens eosdem presbyteros eruit et ad basilicam Liberii[1]) sine mora perduxit.

III Tunc Damasus cum perfidis inuitat arenarios, quadrigarios et fossores omnemque clerum cum securibus gladiis et fustibus et obsedit basilicam hora diei secunda VII kalendarum Nouembrium die Gratiano et Dagalaifo consulibus et graue proelium concitauit. nam effractis foribus igneque supposito aditum unde irrumperet exquirebat. nonnulli quoque de familiaribus eius tectum basilicae destruentes tegulis fidelem populum perimebant. tunc uniuersi Damasiani irruentes in basilicam centum sexaginta de plebe tam uiros quam mulieres occiderunt, uulnerauerunt etiam quam plurimos, ex quibus multi defuncti sunt; de parte uero Damasi nullus est mortuus. post tres autem dies sancta plebs in unum conueniens coepit aduersus eum domini mandata recitare dicentes: 'nolite timere eos qui occidunt corpus, animam uero non possunt occidere'.[2]) psallebat etiam in laudibus et dicebat: 'posuerunt mortalia seruorum tuorum escas uolatilibus caeli, carnes sanctorum tuorum bestiis terrae; effuderunt sanguinem eorum uelut aquam in circuitu Hierusalem, et non erat qui sepeliret'.[3]) saepe itaque eadem plebs adunata in basilica Liberii clamabat dicens: 'christiane imperator, nihil te latet. omnes episcopi Romam ueniant, agatur causa; quintum iam bellum Damasus fecit: a sede Petri homicidas foras.' dei

1) Basilica Liberiana hodie 's. Maria Maggiore', Duchesne l. c. p. 209. cf. testimonia Ammiani Marcellini et Hieronymi chron.

2) euang. Matth. X 28.

3) psalm. LXXVIII 2. 3.

autem populus episcopos conuenire multis precibus exorabat, ut memoratum tanta impietate maculatum sententia iusta procellerent, quem in tantum matronae diligebant, ut matronarum auriscalpius [1]) diceretur.

IV Voces ergo plebis ad Valentinianum sunt delatae principem, qui pietate commotus reditum concessit exulibus. tunc Vrsinus cum Amantio et Lupo diaconibus XVII kal. Octobr. Lupicino et Iouino consulibus [2]) ad urbem rediit, cui plebs sancta gratanter occurrit. sed Damasus tantorum sibi conscius scelerum, non mediocri timore concussus, redemit omne palatium, ne facta sua principi panderentur. imperator nesciens quid Damasus perpetrasset, edictum prorogat, ut Vrsino exilio relegato nulla ulterius populos contentio nefanda collideret. tunc Vrsinus episcopus, uir sanctus et sine crimine, consulens plebi, tradidit se manibus iniquorum et XVI kal. Decembres iussione imperatoris ad exilium sponte properauit. sed populus timens deum nullisque persecutionibus fatigatus, non imperatorem, non iudicem [3]) nec ipsum auctorem scelerum et homicidam Damasum timuit, sed per coemeteria martyrum stationes sine clericis celebrabat. unde cum ad sanctam Agnen multi fidelium conuenissent, armatus cum satellitibus suis Damasus irruit et plurimos uastationis suae strage deiecit. quod factum crudelissimum nimis episcopis Italiae displicebat. quos etiam cum ad natale suum sollemniter inuitasset et nonnulli conuenissent ex eis, precibus apud eos molitur et pretio, ut sententiam in sanctum Vrsinum proferant. qui responderunt: ‘nos ad natale conuenimus, non ut inauditum damnemus’. ita praua eius intentio caruit quo nitebatur effectu. exinde presbyteri diuer-

---

1) uox inserenda lexicis.

2) a. 367.

3) praefectura urbis tunc Praetextatus fungebatur. cf. Amm. Marcell. XXVII 9, 9. Seeck proleg. in Symm. p. LXXXIII sqq.

sis modis afflicti per exilia et peregrina loca dispersi sunt, ex quibus Marcellinus et Faustinus presbyteri de confessione uerae fidei, ostentatione sacrae communionis et persecutione aduersantium ueritati preces Valentiniano Theodosio et Arcadio principibus obtulerunt ita.[1])

Sequitur libellus precum ex quo hosce locos propono Cap. XXIII (Migne p. 99) Aduertat tranquillitas uestra, si hoc fieri uultis in Romano imperio aduersus sanctos et fideles ab his qui praeuaricatores sunt, nonne metus est ne sanguis fidelium Romanum grauet imperium? nam idem Damasus accepta auctoritate regali etiam alios catholicos presbyteros[2]) nec non et laicos insecutus misit in exilium perorans hoc ipsum per gentiles scholasticos fauentibus sibi iudicibus, cum utique uestrae constitutiones aduersus haereticos decretae sint, non aduersus catholicos et tales catholicos, qui fidem integram nec sub haereticis imperatoribus reliquerunt et quidem grauia multa perpessi. sed et nuper temptauit grauiter persequi beatissimum Ephesium episcopum, sanctae fidei aemulatione feruentem, ordinatum intaminatae plebi Romanae a constantissimo episcopo Taorgio et ipso illibatae fidei uiro, sub inuidia falsi impositi cognomenti per suos defensores interpellans iudicem Bassum quasi aduersus Luciferianos. sed Bassus ..... pro constantiae suae integritate reppulit accusationes Damasi negans se facturum ut homines catholicos et integrae fidei uiros insequeretur, dicens maxime quod ipsae constitutiones imperatorum contra haereticos solummodo promulgatae uideantur, non contra hos qui sanctissimam fidem sine saeculi ambitione conseruant.

Cap. XXIV Et tunc primum erubuit Damasus,

---

1) a. 383 uel 384. Rade l. c. p. 7 adn. 5.

2) praecedit narratio de Macario presbytero Luciferiano a Damaso ex urbe pulso (cap. XXII). cf. Rade l. c. p. 45.

quod inuentus est iudex qui solus imperialia scripta piissime interpretans tueretur.[1])

Cap. XXXV (Migne p. 106) habeant illi basilicas auro coruscantes pretiosorumque marmorum ambitione uestitas[2]) uel erectas magnificentia columnarum; habeant quoque porrectas in longum possessiones, ob quas et fides integra periclitata est: quid etiam suis impietatibus uindicant communes Romanis omnibus ciuitates, ut neminem in his pie uiuere permittant, in quibus a plurimis etiam uana superstitio sine periculo colitur et sine illorum inuidia uindicatur? liceat saltem ueritati uel inter ipsa uilissima et abiecta praesepia Christum deum pie colere ac fideliter adorare, ubi et aliquando natus secundum carnem idem Christus infans iacere dignatus est.

Ambros. epist. XVII 10 (a. 384) nam et ante biennium ferme, cum hoc petere temptarent, misit ad me sanctus Damasus Romanae ecclesiae sacerdos iudicio dei electus libellum quem christiani senatores dederunt eqs.[3])

Symmachi relat. XXI (a. 384) p. 295 (ed. Seeck) respondeat litteris episcopi Damasi, quibus adsectatores eiusdem religionis negauit ullam contumeliam pertulisse ...... sane laudabili uiro episcopo denegante ullum e suis aut carcere aut uinculis attineri et officio eadem suggerente ignoro, quos potissimum praeceperitis absolui.[4])

Hieron. chron. ad a. Abr. 2382 (p. 197 ed. Schoene) Romanae ecclesiae XXXV ordinatur episcopus Dama-

1) Rade l. c. p. 46.
2) cf. epigr. n. 35 *marmoribus uestita* ....
3) MIhm Studia Ambrosiana p. 43.
4) Seeck proleg. in Symm. p. LIV. LVI.

sus[1]) et non post multum temporis interuallum Vrsinus a quibusdam episcopus constitutus Sicininum[2]) cum suis inuadit. quo Damasianae partis populo confluente crudelissimae interfectiones diuersi sexus perpetratae.

Hieronymi praef. in quattuor euang. (a. 383) Beatissimo papae Damaso Hieronymus. nouum opus facere me cogis ex ueteri, ut post exemplaria scripturarum toto orbe dispersa quasi quidam arbiter sedeam et quia inter se uariant, quae sint illa quae cum Graeca consentiant ueritate, decernam. pius labor, sed periculosa praesumptio, iudicare de ceteris, ipsum ab omnibus iudicandum, senis mutare linguam et canescentem iam mundum ad initia retrahere paruulorum. quis enim doctus pariter uel indoctus, cum in manus uolumen adsumpserit et a saliua quam semel imbibit, uiderit discrepare quod lectitat, non statim erumpat in uocem me falsarium, me clamans esse sacrilegum, qui audeam aliquid in ueteribus libris addere mutare corrigere? aduersus quam inuidiam duplex causa me consolatur quod et tu, qui summus sacerdos es, fieri iubes, et uerum non esse quod uariat, etiam maledicorum testimonio comprobatur eqs. . . . . . . *explicit:* opto ut in Christo ualeas et mei memineris, papa beatissime.[3])

Hieronymi interpretatio libri Didymi de spir. sancto. praef. cum in Babylone[4]) uersarer et purpuratae meretricis essem colonus et iure Quiritum uiuerem, uolui garrire aliquid de spiritu sancto et coeptum opusculum eiusdem urbis pontifici dedicari . . . . . ita-

1) item in Prosperi chron. (Chron. minor. I p. 458 ed. Mommsen).
2) cf. Amm. Marcellini testim. p. XLII.
3) Rade p. 145. Bardenhewer Patrologie p. 430. 440 sqq.
4) i. e. Romae, a. 382—385.

que, mi Pauliniane frater, quia supradictus pontifex Damasus, qui me ad hoc opus primus impulerat, iam dormit in Christo eqs.

Hieron. epist. XXII 22 ad Eustochium (a. 384) legas Tertullianum ad amicum philosophum et de uirginitate alios libellos et beati Cypriani uolumen egregium et papae Damasi super hac re uersu prosaque composita[1]) et Ambrosii nostri quae nuper scripsit ad sororem opuscula.

Hieron. epist. XLV (ad Asellam) § 3 antequam domum sanctae Paulae nossem, totius in me urbis studia consonabant. omnium paene iudicio dignus summo sacerdotio decernebar. beatae memoriae Damasus meus sermo erat.

Eiusdem epist. XLVIII (circa a. 393) § 18 dum aduiueret (*al.* adhuc uiueret) sanctae memoriae Damasus, librum contra Heluidium de beatae Mariae uirginitate perpetua scripsimus, in quo necesse fuit nobis ad uirginitatis beatitudinem praedicandam multa de molestiis dicere nuptiarum. num uir egregius et eruditus in scripturis et uirgo ecclesiae uirginis doctor aliquid in illo sermone reprehendit?

Hieron. epist. CXXIII ad Ageruchiam de monogamia (scr. a. 409) § 10 ante annos plurimos cum in chartis ecclesiasticis iuuarem Damasum Romanae urbis

1) non extant haec opuscula; celebrat autem uirginitatem in elogio sororis n. 10 (cf. etiam n. 40). Rade Damasus p. 148, Ebert Gesch. der christl. lat. Litt. p. 129, Manitius Gesch. der christl. lat. Poesie p. 122 (Mus. Rhen. L p. 192). de codice quodam deperdito in quo extitisse fertur *Damasi papae liber de uitiis* (?) cf. Delisle Les mss. du comte Ashburnham p. 87, Rossi Bull. crist. 1884—1885 p. 9, Bardenhewer Patrologie p. 393.

episcopum et Orientis atque Occidentis synodicis consultationibus responderem eqs.[1])

Hieron. de uir. inl. 103 Damasus, Romanae urbis[2]) episcopus, elegans in uersibus componendis ingenium habuit multaque et[3]) breuia opuscula heroico metro[4]) edidit et prope octogenarius[5]) sub Theodosio principe mortuus est.[6])

Sophronii uersio Graeca (= Suidas s. u. Δάμασος) *Δάμασος Ῥώμης ἐπίσκοπος εἰς ἐποποιίαν εὐφυὴς πολλὰ καὶ σύντομα ἡρωικῷ μέτρῳ ἐξέδωκε καὶ ὀγδοηκοντούτης ἐπὶ Θεοδοσίου βασιλέως ἐτελεύτησεν. (ἔγραψεν καὶ ἄλλα πολλά additamentum Suidae).*

Hieron. contra Iohannem Hierosol. 8 (Migne XXIII p. 361) miserabilis Praetextatus qui designatus consul est mortuus; homo sacrilegus et idolorum cultor solebat ludens beato papae Damaso dicere: facite me Romanae urbis episcopum et ero protinus Christianus.

Amm. Marcell. XXVII 3, 11 (ad a. 367) Aduenit successor eius (*sc.* Lampadii praef. urb.) ex quaesitore palatii Viuentius integer et prudens Pannonius, cuius administratio quieta fuit et placida, copia rerum omnium adfluens. sed hunc quoque discordantis populi

---

1) cf. etiam Hieronymi epist. ad Damasum XV, XVI, XVIII, XXI et Damasi ad Hieronymum XIX, XXXV, quibus respondit presbyter epist. XX et XXXVI. Rade Damasus p. 142 sqq.

2) *Romae urbis* uel *urbis Romae* codices pauci.

3) *et* omittunt codd. pauci, in his Paris. 12161 saec. VII, Vat. Regin. 342 saec. XI.

4) *heroico metro* codd. quos inspexi fere omnes, omitt. Monac. 6333 saec. IX. cf. Ebert Gesch. der christl. lat. Litt. I^2 p. 129, 1. Rade p. 148, 2.

5) *octoginarius, octuagenarius* al.

6) *moritur* cod. Sangall. 191 saec. X.

seditiones terruere cruentae, quae tale negotium excitauere. *§ 12* Damasus et Vrsinus supra humanum modum ad rapiendam episcopalem sedem ardentes, scissis studiis asperrime conflictabantur ad usque mortis uulnerumque discrimina adiumentis utriusque progressis, quae nec corrigere sufficiens Viuentius nec mollire coactus ui magna secessit in suburbanum. *§ 13* et in concertatione superauerat Damasus parte, quae ei fauebat, instante. constatque in basilica Sicinini[1]), ubi ritus Christiani est conuenticulum, uno die centum triginta septem reperta cadauera peremptorum efferatamque diu plebem aegre postea delenitam. *§ 14* neque ego abnuo ostentationem rerum considerans urbanarum, huius rei (*i. e. sedis episcopalis*) cupidos ob impetrandum quod appetunt, omni contentione laterum iurgari debere, cum id adepti, futuri sint ita securi ut ditentur oblationibus matronarum procedantque uehiculis insidentes circumspecte uestiti, epulas curantes profusas adeo ut eorum conuiuia regales superent mensas. *§ 15* qui esse poterant beati re uera, si magnitudine urbis despecta, quam uitiis opponunt, ad imitationem antistitum quorundam prouincialium uiuerent, quos tenuitas edendi potandique parcissime, uilitas etiam indumentorum et supercilia humum spectantia perpetuo numini uerisque eius cultoribus ut puros commendant et uerecundos.[2])

XXVII 9, 9 (a. 368) cuius (*sc.* Praetextati) auctoritate iustisque ueritatis suffragiis tumultu lenito, quem Christianorum iurgia concitarunt, pulsoque Vrsino alta quies parta proposito ciuium Romanorum aptissima et adulescebat gloria praeclari rectoris plura et utilia disponentis.

---

1) basilicam Iuli trans Tiberim intellegit Rade p. 14, basilicam Liberii plerique (Duchesne I p. 209).
2) Rade p. 48. 49.

Optatus Mileuit. II 3 (successit) Liberio Damasus, Damaso Siricius, hodie qui noster est socius.

Sulp. Seu. chron. II 48, 1 ac tum Instantius, Saluianus et Priscillianus Romam profecti, ut apud Damasum, urbis ea tempestate episcopum, obiecta purgarent. *§ 4* hi ubi Romam peruenere, Damaso se purgare cupientes, ne in conspectum quidem eius admissi sunt.[1]) regressi Mediolanum aeque aduersantem sibi Ambrosium reppererunt *(a. 383)*.[2])

Rufin. hist. eccl. II 10 Damasus post Liberium per successionem sacerdotium in urbe Roma susceperat. quem praelatum sibi non ferens Vrsinus quidam eiusdem ecclesiae diaconus in tantum furoris erupit, ut persuaso quodam satis imperito et agresti episcopo, collecta turbulentorum et seditiosorum hominum manu in basilica quae Sicinini appellatur[3]), episcopum se fieri extorqueret legibus et ordine et traditione peruersis. quo ex facto tanta seditio, immo uero tanta bella coorta sunt alterutrum defendentibus populis, ut replerentur humano sanguine orationum loca.[4])

Marcellini chron. ad a. 382 (rectius 384, Chron. minor. II 61 ed. Mommsen) Damasus Romanae ecclesiae exceptis Liberio et Felice tricensimus quintus

---

1) cf. Priscilliani lib. ad Damasum, tractat. II p. 42 (ed. Schepss) *praestes audientiam deprecamur, quia omnibus senior et primus es,* ibid. p. 34 *apud te, qui senior omnium nostrum es et apostolicae sedis gloriam uitae experimentis nutritus beato Petro exhortatore uenisti.* Damasi *uenerabilis corona* ibid. memoratur p. 38, 6 (cf. p. 39, 21 p. 42, 13), *benignitas* illi *insita* p. 42, 27.

2) MIhm Studia Ambros. p. 7 sq.

3) u. adn. 1 ad Amm. Marcellini testimonium p. XLII.

4) cf. Socrat. hist. eccl. IV 29. Sozomenus VI 23. Cassiod. Hist. trip. VIII 10.

episcopus anno pontificatus sui octauo decimo in domino requieuit.[1])

Gregor. Tur. de gloria mart. I 37 u. adn. epigr. n. 45.

Vitae Damasi in Lib. pontif. recensio prior I p. 84 85 ed. Duchesne[2])

exemplar Felicianum adbreuiatum

Damasus natione Hispanus ex patre Antonio sedit ann. XVIII mens. III dies XI. fuit temporibus Iuliani. fecit basilicas II, una [3]) ad uia Ardiatina ubi requiescit. hic accusatur in crimine de adulterio; facto sinodo purificatur a XLIIII episcopis; damnauerunt Concordio et Calisto diaconos accusatores et iactauerunt de ecclesia. hic fecit ordinationes V per mens. Decemb. presb. XXXI diac. XI episcopos per [diuersa] loca LXI. sepultus est in basilica sua III id. Decemb. cum matre sua et germana. cessauit episcopatus dies XXXVI.

exemplar Cononianum adbreuiatum

Damasus natione Spanus ex patre Antonio sedit ann. XVIII mens. III dies XI. fuit autem temporibus Iuliani. hic dedicauit platomum in Catacumbas, ubi corpora Petri et Pauli apostolorum iacuerunt, quam et uersibus ornauit. hic criminatur de adulterio et facto synodo purgatur a XVIIII episcopis, qui etiam damnauerunt Concordium et Calistum diaconos accusatores et iactauerunt de ecclesia. hic fecit ordinationes V presb. XXXI diac. XI episcopos XLI. qui etiam sepultus est uia Ardia[ti]na in basilica quam ipse fecit, III id. Decemb. cessauit episcopatus dies XXVI.

---

1) Baron. ann. 384 n. 17. 18.
2) cf. editoris prolegomena.
3) hic lacuna statuenda, est, cf. alteram recensionem.

Vitae Damasi in Lib. pont. I p. 212 sq. recensio posterior: Damasus, natione Spanus [1]), ex patre Antonio [2]), sedit ann. XVIII m. III d. XI. ⟨et cum eodem ordinatur sub intentione Vrsinus; et facto concilio sacerdotum constituerunt Damasum quia fortior et plurima multitudo erat, et sic constitutus est Damasus; et Vrsinum exegerunt ab urbe et constituerunt eum Neapolim episcopum et mansit Damasus in urbe Roma praesul in sedem apostolicam⟩. [3]) fuit autem temporibus Iuliani. hic fecit basilicas duas, una beato Laurentio iuxta theatrum [4]) et alia uia Ardeatina, ubi requiescit [5]); et in Catacumbas, ubi iacuerunt corpora sanctorum apostolorum Petri et Pauli, in quo loco platomam [6]) ipsam, ubi iacuerunt corpora sancta, uersibus exornauit. [7]) hic multa corpora sanctorum requisiuit et inuenit [8]), quorum [9]) etiam uersibus declarauit [10]). hic constitutum fecit de ecclesia. hic accu-

---

1) non est cur hoc de Damasi patria testimonium cum Tillemontio Merenda aliis falsum existimemus, neque enim obstat epigramma n. 57. cautius ea de re iudicauerunt Perez p. 31 sqq. et Gams Kirchengeschichte von Spanien II 1 p. 331. cf. Couret p. 9, Langen p. 495, Rade p. 7.

2) patris nomen tacetur in epigr. n. 57.

3) quae uncis ⟨ ⟩ inclusa sunt in recensione priore adfuisse negat Duchesne, cui facile adsentieris.

4) sc. Pompei. huc spectant carmina 55. 56*. 57. 101. 102. 103.

5) cf. epitaphium Damasi n. 9 c. adn. et topographos medii aeui inter testimonia. Rade p. 158 sp. Iohannes VII papa (a. 705—707) *laborauit in coemeteriis beatorum martyrum Marcelliani et Marci Damasique sancti pontificis,* Lib. pontif. I p. 385.

6) *platoniam* pars codd.

7) cf. Duchesnii praef. p. CIV sq. et epigr. nn. 26. 76a c. adnot.

8) e. gr. n. 27 (Eutychius) *quaeritur inuentus colitur,* n. 49 *hunc* (tumulum) *Damasus monstrat.*

9) supple *facta, gesta,* tale quid. cf. p. XLVII not. 1.

10) martyrum elogia sunt nn. 7. 8. 11—14. 17—19. 23. 26. 27. 29—32. 37. 40. 42—49. 52. 59. 59a. 60. cf. 89 *quos mon-*

satus inuidiose incriminatur de adulterio [1]), et facto synodo purgatur a XLIIII episcopis, qui etiam damnauerunt Concordium et Callistum diacones accusatores et proiecerunt de ecclesia. hic constituit titulum in urbe Roma basilicam quem ipse construxit, ubi et donauit patenam argenteam pens. lib. XX, amam argenteam pens. lib. XV, scyphum anaglyfum pens. lib. X, calices ministeriales argenteos V pens. sing. lib. III, coronas argenteas V pens. sing. lib. VIII, cantara cerostata aerea XVI, domus in circuitu basilicae praest. sol. CLV, possessio Papirana territurio Ferentino cum adiacentibus adtiguis praest. sol. CXX et tremissium, possessio Antonianam territurio Casino praest. sol. CIII, balneum iuxta titulum praest. sol. XXVII. hic fecit ordinationes V per mens. Decemb., presbiteros XXXI, diaconos XI, episcopos per diuersa loca LXII. ⟨hic constituit ut psalmos die noctuque canerentur per omnes ecclesias, qui hoc praecepit presbiteris uel episcopis aut monasteriis.⟩ [2]) qui etiam sepultus est uia Ardeatina [3]) in basilica sua III id. Decemb. iuxta matrem suam et germanam suam. [4]) et cessauit episcopatus dies XXXI.

Martyrol. Hieronym. III id Dec. (in aliis codd. IV

---

strante deo Damasus sibi papa probatos affixo monuit carmine iure coli. sed periit titulus confracto marmore sanctus eqs.

1) de accusatione illa capitali quam Vrsiniani per Isaacem Iudaeum adornauerant (*turpissimis calumniis episcopum Damasum inquietare non ueriti* in rescripto Gratiani ad Aquilinum a. 378, Mansi Concil. III p. 628, Corp. legum ante Iustinianum latarum p. 227 ed. GHaenelii) cf. Langen p. 506, Rade p. 31 sqq. Duchesne p. 214, Rossi IChr. II p. 191. *extinctis* illis *hostibus fuerant qui falsa locuti* episcopus *seruatus* uotum uidetur soluisse s. Felici Nolano (n. 61).

2) u. notam 17 Duchesnii p. 214.

3) cf. supra p. XLV adn. 5.

4) Irenes epitaphium n. 10, ubi uide adnotata ad u. 9.

id. Dec.) p. 152 (p. 151) ed. Duchesnii et Rossii: Romae depositio Damasi episcopi.[1])

Topographi medii aeui apud Rossium Roma sott. I p. 180. 181. Cod. Vindob. 795: Et dimittis uiam Appiam et peruenies ad s. Marcum papam et martyrem et postea ad s. Damasum papam et martyrem uia Ardeatina *(cf. Rossi p. 139).*

Cod. Vindob. 1008: et prope eandem uiam *(sc. Ardeatinam)* sanctus Damasus papa depositus est et soror eius Martha[2]) *(cf. Rossi p. 141).*

Willelmus Malmesburiensis: inter uiam Appiam et Ostiensem est uia Ardeatina, ubi sunt Marcus et Marcellianus, et ibi iacet Damasus papa in sua ecclesia.

Vita Hadriani papae (a. 772—795) Lib. pont. I p. 500: renouauit etiam et tectum basilicae beati Laurentii quae appellatur Damasi, ubi et uestem super eius altare de stauracim obtulit; simulque et aliam uestem de post altare fecit, ubi requiescit corpus s. Damasi.[3])

Epitaphium Sergii II papae (a. 844—847) seruatum a Petro Mallio ap. Rossium Inscr. christ. II p. 213 n. 75[4]) *u. 7 et 8*

utque Leo sanctus Damasus quoque papa benignus
hic ritum tenuit instituitque gregem.

---

1) Adonis martyrol. III id. Dec. *Romae s. Damasi papae qui rexit ecclesiam annos XVIII menses tres dies duos.* Martyr. Roman. III id. Dec. *Romae s. Damasi papae et confessoris, qui Apollinarem haeresiarcham damnauit et Petrum episcopum Alexandrinum fugatum restituit; multa etiam sanctorum martyrum corpora inuenit eorumque memorias uersibus exornauit.*

2) hoc nomen sororis falsum sumptum ex epitaphio Damasi n. 9. cf. Rossi Roma sott. I p. 151. Duchesne Lib. pont. I p. 215.

3) cf. epigr. n. 57 c. adnot.

4) Duchesne Lib. pont. II p. 105.

Maphaeus Vegius (a. 1406—1457) in libro de basilica Vaticana ap. Rossium Inscr. christ. II p. 349: oratorium multis altaribus munitum, quod sacri fontis causa sanctus papa Damasus extruxerat, ... etsi nunc dirutum sit, extant tamen subterranei ipsi meatus, quibus per multa miliaria aqua ducebatur, magna arte atque impensa fabricati . . . eius uero aquaeductus gratia Damasus etiam ipse elegantissimos uersus edidit lapide marmoreo sculptos, qui adhuc lateri basilicae affixus est.[1])

Petrus Sabinus (saec. XV ex.) in sylloge inscr. christ. apud Rossium l. c. p. 411: carmina Damasi pontificis, ut suspicari licet, incisa in tabula marmorea ferreis uncis suffulta in exteriori fronte parietis ad latus dextrum templi diui Petri in Vaticano, ubi discimus hasce uoces ita scribi debere 'adque' 'adgressus' 'quidquid' et 'umor'.[1])

---

1) epigr. n. 4 c. adnot.

TABVLA NOTARVM ET AVCTORVM

E sylloge Einsidlensis siue Reichenauensis, u. praef. p. XI
Th cod. Thuaneus, nunc Paris. 8071 saec. X siue XI in. (praef. pp. XI. XXI)
T sylloge Turonensis (praef. p. XI)
P cod. Petropolitanus, olim Corbeiensis (praef. p. XII)
L cod. Laureshamensis, nunc Palatinus 833 saec. IX (praef. p. XII)
H cod. Harleianus 3685 saec. XV (praef. p. XIII)
V syll. Virdunensis (praef. p. XIII)
Sab. Petri Sabini sylloge inscriptionum christianarum (praef. pp. IX. XVI. XXI. XLVIII)

De codicibus (carm. 1 et 63) α^1 α^2 β β^1 γ^1 γ^2 δ ε^1 ε^2 η ϑ λ μ φ ω uide praef. pp. XIV—XVI

---

b c f f^1 f^2 m o^1 o^2 o^3 p p^1 q r^1 r^2 r^3 r^4 s t v (carm. 2) praef. pp. XVIII—XXI

---

d g m r v (hymn. 70 et 71) praef. pp. XXVI—XXVII

A G p^1 p^2 s^1 s^2 v (carm. 84) praef. pp. XXVII—XXVIII

Acta SS. Bollandistarum 1643 sqq.

MAmend Studien zu den Gedichten des Papstes Damasus. Nebst einem Anhang: Damasi carmina. Progr. gymn. Herbipolitani 1894 8°

Otto Bardenhewer Patrologie. Frib. Bris. 1894 p. 392 sq.

Baronius Annales ecclesiastici auctore Caes. Baronio. T. III et IV edit. a. 1609 (Coloniae Agripp.). usus est corpore Gruteriano

Benavides et Checa De s. Damaso I papa confessore Hispano homilia habita in coemeterio Domitillae ad cultores martyrum. Accedit breuis dissertatio ad eorum argumenta refellenda, qui s. Damasum Romae natum affirmant. Romae, typ. s. Ioseph. 1894 (mihi non praesto fuit)

Buecheler Anth. epigr. Carmina latina epigraphica conlegit Franciscus Buecheler (= Anthologiae latinae pars posterior) fasc. I Lips. 1895

ICarini Epigrafia e paleografia del papa Damaso. Romae 1887 8° (non uidi)

ACouret De s. Damasi summi apud Christianos pontificis carminibus. Thesis Gratianopolitana. Parisiis 1869

LDuchesne Le Liber pontificalis. Texte, introduction et commentaire. Vol. I Parisiis 1886. II 1892

Adolf Ebert Allgemeine Geschichte der Litteratur des Mittelalters im Abendlande bis zum Beginne des XI. Jahrhunderts. Vol. I edit. II Lipsiae 1889

AEhrhard Zur christlichen Epigraphik. Theologische Quartalschrift uol. LXXII 1890 p. 179 sqq.

Fabricius Poetarum ueterum ecclesiasticorum opera christiana, studio Georgii Fabricii. Basil. 1562 (u. praef. p. XXVIII)

Gallandi Bibliotheca ueterum patrum antiquorumque scriptorum ecclesiasticorum. cura et studio Andreae Gallandii. T. VI Venetiis 1770. (u. praef. p. XXX)

HGrisar Die christlichen Inschriften Roms im frueheren Mittelalter. Zeitschrift f. kathol. Theologie, uol. XIII p. 90 sqq.

Grut. Inscriptiones antiquae totius orbis Romani. Cur. Iani Gruteri. 1603

Kraus Rom. sott. Roma sotterranea. Die roemischen Katakomben. Eine Darstellung der aelteren und neueren Forschungen cet. bearbeitet von Dr. Franz Xaver Kraus. II ed. Friburg. Bris. 1879

Ioseph Langen Geschichte der Roemischen Kirche bis zum Pontifikate Leo's I. Bonnae 1881

Le Blant Inscriptions chrétiennes de la Gaule, praef. CXXXIII sq.

RALipsius Chronologie der roemischen Bischoefe bis zur Mitte des vierten Jahrhunderts. Kiliae 1869

Angelus Maius Scriptorum ueterum noua collectio e Vaticanis codicibus edita. Vol. V Romae 1831 (u. praef. p. XII)

MManitius Geschichte der christlich-lateinischen Poesie bis zur Mitte des VIII. Jahrhunderts. Stuttg. 1891 (cf. Mus. Rhenan. XLV 1890 p. 316 sq.)

Martyrologium Hieronymianum ad fidem codicum adiectis prolegomenis ediderunt IBdeRossi et LDuchesne (Acta SS. Nouemb. II 1, 1894)

Mazochius Commentarii in uetus marmoreum sanctae Neapolitanae ecclesiae kalendarium. I. II. III Neapoli 1744—1755

Merenda S. Damasi papae opuscula et gesta cum notis M. M. Sarazanii iterum collecta cet. ab Antonio M. Merenda. Romae 1754 (u. praef. p. XXIX)

Migne Nouvelle encyclopédie théologique, uol. XXXI: Dictionnaire d'épigraphie chrétienne. T. II Parisiis 1892 (s. u. 'Rome' carmina Damasiana adfert secutus Angeli Mai collectionem)

Perez Damasus et Laurentius Hispanis asserti et uindicati. Dissertatio historica auctore Francisco Perezio Bayerio. Romae 1756

FPiper Zur Geschichte der Kirchenvaeter aus epigraphischen Quellen. Zeitschrift f. Kirchengeschichte I 1887 p. 219 sqq.

Martin Rade Damasus, Bischof von Rom. Ein Beitrag zur Geschichte der Anfaenge des Roemischen Primats. Friburg. Bris. et Tubing. 1882

Riuinus S. Damasi carmina sacra cet. illustrata ab Andrea Riuino. Lipsiae 1652 (u. praef. p. XXIX)

Roemische Quartalschrift fuer christliche Alterthumskunde und fuer Kirchengeschichte. ed. ADeWaal. Romae 1887 sqq.

Théophile Roller Les catacombes de Rome, uol. I. II Parisiis

Rossi IChr. Inscriptiones christianae urbis Romae septimo saeculo antiquiores. Edidit Ioannes Bapt. de Rossi Romanus. Vol. I Romae ab anno 1857 ad 1861, uol. II pars prima Romae 1888

Rossi Bull. crist. Bullettino di archeologia cristiana del cav. (commendatore) Giovanni Battista de Rossi. Romae 1863 sqq.

Rossi Rom. sott. La Roma sotterranea cristiana descritta ed illustrata dal cav. G. B. de Rossi, pubblicata per ordine della santità di n. s. papa Pio nono. I. II. III. Romae 1864. 1867. 1877 (cum tabulis)

Rossi Mus. Pio-Lat. Il museo epigrafico Pio-Lateranense. Memoria del comm. Gio. Batt. de Rossi presidente della Pontificia Accademia di Archeologia. Estratto dal volume intitolato: Triplice omaggio alla santità di papa Pio IX nel suo giubileo episcopale offerto dalle tre Romane Accademie Pontificia di Archeologia, insigne delle Belle Arti denominata di S. Luca, Pontificia de' Nuovi Lincei. Romae 1877

Sarazani S. Damasi papae opera quae extant c. notis M. M. Sarazanii. Romae 1638. Parisiis 1672 (u. praef. p. XXVIII sq.)

Cosimo Stornaiolo Osservazioni letterarie e filologiche sugli epigrammi Damasiani. Studi e documenti di storia e diritto VII Romae 1886 p. 13 sqq.

Terribilinius eius notae in additamentis editionis Merendae a. 1754 (u. praef. p. XXX)

(alii suis locis commemorabuntur)

⟨ ⟩ uncis angulatis quae circumcluduntur perperam adesse putantur

[ ] unci quadrati supplementa comprehendunt

* asterisco notaui epigrammata partis prioris de quorum origine Damasiana parum constat

DAMASI EPIGRAMMATA

1

⟨Nunc Damasi monitis aures praebete benignas.
quisque sitit ueniat cupiens haurire fluenta,
inueniet latices seruant qui dulcia mella:
sordibus expositis purgant penetralia cordis
pectora cum renouant Christo seruire parati.⟩
Prophetam Christi sanctum cognoscere debes.
pastorem puerum, multis de fratribus unum,
angelus ex ouibus rapuit regemque dicauit,
organa qui sciret manibus componere solus,
psallere per citharam populis caelestia regna.
ingentem clipeoque graui frustraque minantem
impia, maledicum, faleras telaque gerentem,
surdorum demens coleret qui templa deorum,
mactauit saxo tereti truncumque reliquit,
iudicioque dei ingenti mox caede peracta
monstrauit populis tulerat quae ex hoste tropaea.
haec Damasus scit, sancte, tuos celebrare triumphos.

De codicibus qui hoc carmen in laudem Dauidis compositum una cum 'uersiculis Hieronymi presbyteri' (infra n. 63) tradunt, in praefatione dictum est; ibidem notae explicantur. ediderunt Baronius a. 384, a quo pendent Sarazani n. 15 et Merenda n. 1, Paulus de Lagarde Psalterium iuxta Hebraeos Hieronymi p. 167 (e codd. $\gamma^1\gamma^2$), Rossi IChr. II p. 449 (exemplum Petri Sabini)

Lemma peculiare in plerisque libris deest (cf. adn. 63). *uersiculus Damasi pape* β^1, *uersus Damasi in laudem Dauidis* Baronius, de aliis u. praef. ‖ 1 om. β | *moniti* β^1 | *begnignas* α^2 ‖

2 *quisquis* $\beta^1\varphi$ Sab. | *aurire* pars codicum et lapis CIL XIV 1941 || 3 *inueniat* $\delta\vartheta\omega$ || 4 *expositis* codd. plerique, *expositas* ϑ, *expositi* β^1, *expiatis* ε^1, *depositis* φ Baronius, *haec positis* Sab. || 5 *pectora cum* Sab., *pectora quae* μ, *cor cum* $\alpha^1\alpha^2$, *corpus tum* $\gamma^1\gamma^2\varepsilon^2\lambda$, *cor quoque cum* $\delta\eta\varepsilon^1\omega$, *corda quibus* β, *curiora cum* φ, *curia cum* $\beta^1\vartheta$ Baronius. corruptelam inde ortam esse Rossius suspicatur, quod in codice antiquissimo, unde exscriptum est psalterium Vindobonense, uocis *pectora* litterae tantum ..*c*.*or*. distingui potuerint, quae deinde in codicibus varie suppletae sint | *seruare* $\beta^1\omega$ (cod. Regin. 1598) || 6 *prophetam* om. $\gamma^1\gamma^2$ indicata lacuna | *debent* Sab. || 7 *e fratribus* $\beta^1\mu\varphi\omega$ Sab. Baronius, *effratribus* ϑ || 9 *ciret* λ || 10 *cytharam* pars codd., *cithara* β^1 | *populus* α^2, *populi* η, *populum* β^1, *populo* $\delta\vartheta\varphi\omega$ Baronius (cf. 2, 16 *gentibus ac populis*) | *caelestia*] *credentia* φ et Sab. in margine, *credentia caelestia* μ || 11 *ingente clipeo quę* α^1, *ingentem clipeum quem* β^1, *ingenti clypeo quē* ϑ, *ingentem clypeo* (om. *que*) ε^1 (*clip.* codd. plerique, non *clyp.*) | *graue* ϑ, *grauem* Sab. | *frustra minantem* $\alpha^1\alpha^2\beta\beta^1\vartheta$, *frustraque manantem* μ || 12 *impia* codd. plerique, *impias* ε^1, *impium* $\mu\varphi$ Sab. Baronius, *ipsum* λ | *maledicum*] deest in $\gamma^1\gamma^2$ ubi indicatur lacuna, *mele dicunt* α^2, *meledicum* β, *monstrantem* $\varepsilon^2\lambda$ | *faleras* codd. plerique, *phaleras* al. | *telaque* recepi ex $\beta^1\vartheta$, *telasque* ω, *hac telaque* φ (sed *ac tela* cod. Regin. 1598), *et tela* $\alpha^1\alpha^2\gamma^1\gamma^2\delta\varepsilon^1\eta\lambda$, *hac tela* μ, *ac tela* Sab. Baron. Saraz. Merenda | *gerentem*] *regentem* $\varepsilon^1\eta$ | uersum totum corruptum sic *blasphemum galeam loricam hac tela gerentem* exhibet μ || 13 *sordidorum* β^1, *sordidolum* ϑ | *coloret* β^1, *colere* η || 14 *iactauit* $\delta\eta$ Sab. | *saxa* $\eta\omega$, *saxum* β^1 | *thereti* α^1, *theriti* α^2, *theretri* $\beta\varphi$, *teretri* ϑ, *teritri* β^1, *teriti* δ, *tereci* ε^1, *torrenti* η, *cerebrum* ω | *reliquid* $\alpha^2\vartheta\omega$ || 15—17 om. β^1 || 15 *ingenti*] *ingemuit* φ || 16 *populo* μ Sab. cod. Regin. 1598 (cf. ad u. 10) | *tuleritque* ε^1 || 17 *haec*] *nam* $\beta\varphi$ Baronius, *nam haec* ϑ | *sit* $\eta\mu$ | *sanctae* $\alpha^2\varepsilon^1\vartheta$ | *tuos celebrare* $\gamma^1\gamma^2\varepsilon^2\lambda$, *tuos monstrare* $\delta\varepsilon^1\eta\omega$, *tuos dī ipse* φ (*tuus dei ipse* cod. Regin. 1598), *d̄s tuus ipse* μ, *tuus dumpse* Sab., *tuos sic ipse* β, *tuos ipse* $\alpha^1\alpha^2\vartheta$, *tuos deus ipse* Baron. et Rossius. aliud peculiare latere posse concedo, de *dictasse* cogitauit Buecheler | *triumphus* Sab. et cod. Regin. 1598 || subscr. in $\gamma^1\gamma^2$ *expliciunt uersus damasi pape.* in δ et ω adiecti sunt uersus ficti a scriba quodam

hos ego (*ergo* δ) *Hieronymus scripsi de paupere sensu*
ueridicos Damaso uersus (*uersos* δ): *uale pastor alumne*

Ad u. 2 hunc uersum et sequentem in pentametrum mutatum sic *dulcia mella gerens inueniat latices* insertos esse carmini quod praefixum legitur codici euangeliario confecto iussu Aedelstani regis Anglorum (a. 924—941) uidit Rossius, Bull. crist. 1884—1885 p. 8 adn. 1, IChr. II p. 450 (cf. Duemmler Neues Archiv X 1885 p. 343). idem uersum Prudentii Peristeph. XII 44

comparauit *uidet sitire quas* (scil. oues) *fluenta Christi*, quo loco alii baptisterium ueteris Vaticanae basilicae describi putant, alii fontem ante ecclesiam extructum, quo ora manusque Christiani priusquam illam intrarent, lauare solebant, intellegi malunt; cf. n. 5. 74. 105 c. adnot. 3 cf. Verg. Georg. IV 101 *dulcia mella premes* 4 Sedul. Carm. pasch. III 197 *sordibus exclusis* (al. *excussis, expulsis*) *oculos atque ora nouauit.* clausula *penetralia cordis* redit in 11 sumpta ut uidetur ex Probae centone u. 11 *spiritus atque mei resera penetralia cordis* (Mus. Rhen. L p. 195), an ex Iuuenco IV 7? *penetralia Christi* 2, 13 et in Paulin. Nol. carm. XV 192, *penetralia mentis* Iuuenc. IV 43 et Paul. Nol. VI 237; conferri possunt exitus Vergiliani *penetralia regum* (Aen. II 484), *penetralia Vestae* (IX 257) 5 eadem clausula 8, 3 u. adn. 6 ab hoc uersu initium carminis Damasiani sumendum esse in praefatione monui. *hic habitasse prius sanctos cognoscere debes* exordium carminis 26 7 *de fratribus* potius quam *e fratribus*, etsi Verg. Aen. IX 215 *multis e matribus* eadem uersus sede ponit. Dauid minimus ex octo Isai filiis (Reg. I 17, 12—14) pascebat gregem patris (ib. 15) 10 *caelestia regna* 7. 86^b. 93, *caelestia dona* clausula Vergili Georg. IV 1 11 narratur Dauidis et Philisthaei certamen I Reg. cap. 17. cf. Verg. Aen. X 579 *ingens hastâ,* XI 641 *ingentem corpore et armis* 12 *impia* sc. minantem, ut *uesana minantes* Paulin. Nol. XVI 121. an ad *faleras telaque* refertur? sic infra 86^a *impia tela,* Verg. Aen. XII 31 *arma impia sumpsi. maledicum* producta prima ut *cătholicam* 37 cogente metro. *telāque* Damasianum cf. 8,6 *proiciunt clipeos faleras telaque cruenta*: sic quater *regnāque* 23. 26. 43. 47, u. Mus. Rhen. L p. 196. contra Verg. Aen. II 216 *ac tela ferentem* (XII 465 *nec tela ferentis*) 14 clausula Vergili Aen. IX 330 *tum caput ipsi aufert domino truncumque relinquit*, cf. XII 382 *abstulit ense caput truncumque reliquit harenae* 15 Verg. Aen. IX 240 *mox hic cum spoliis ingenti caede peracta.* cum initio cf. Verg. Ecl. V 18, Dracont. Satisf. 114 16 de clausula uide adn. 12, 4 17 carmen de Paulo (2) clauditur uersu *Paule tuos Damasus uolui monstrare triumphos*, unde orta uidetur codicum $\delta\varepsilon^1\eta\omega$ scriptura

2

VERSVS DAMASI IN SANCTVM PAVLVM APOSTOLVM

Iamdudum Saulus procerum praecepta secutus
cum domino patrias uellet praeponere leges,
abnueret sanctos Christum laudasse prophetas,

caedibus adsiduis cuperet discerpere plebem,
cum lacerat sanctae matris pia foedera caecus,
post tenebras uerum meruit cognoscere lumen.
temptatus sensit posset quid gloria Christi.
auribus ut domini uocem lucemque recepit,
composuit mores Christi praecepta secutus.
mutato placuit postquam de nomine Paulus,
mira fides rerum: subito trans aethera uectus
noscere promeruit possent quid praemia uitae.
conscendit raptus martyr penetralia Christi,
tertia lux caeli tenuit paradisus euntem;
conloquiis domini fruitur, secreta reseruat,
gentibus ac populis iussus praedicere uera,
profundum penetrare maris noctemque diemque
uisere, cui magnum satis est vixisse latentem.
uerbera, uincla, famem, lapides rabiemque ferarum,
carceris inluuiem, uirgas, tormenta, catenas,
naufragium, lacrimas, serpentis dira uenena,
stigmata non timuit portare in corpore Christi.
credentes docuit possent quo uincere mortem.
dignus amore dei uiuit per saecla magister.
uersibus his breuiter, fateor, sanctissime doctor
Paule, tuos Damasus uolui monstrare triumphos.

Codicum recensum notarumque explicationem habes in praefatione. primus edidit Aldus Manutius Poet. christiani ueteres (Venet. 1502) II f. *hhii'* e codice ignoto; post hunc Fabricius p. 771 (u. eius commentar. p. 43 'ante me Aldus edidit'); e codice Fuldensi antiquissimo s. Bonifatii Christophorus Browerus in notis edit. Venantii Fortunati (Moguntiae a. 1603) p. 261 sq.; Sarazani n. 1 (ex Aldo et Browero); Riuinus n. 9 (a prioribus); Merenda n. 7 (secutus Sarazanium citansque in notis lectiones nonnullas codicum r^1r^2); Gallandi p. 346 (e Merendae edit.); Rossi IChr. II p. 247 n. 12 (e cod. Th), p. 441 n. 148 (exemplum Petri Sabini)

Varie inscribitur, ut supra in codice Broweri; *sancti Damasi episcopi de laudibus Pauli apostoli* Aldus, *uersus pape Damasi in laude* (uel *laudem*) *Pauli* p aliique, *uersus Damasi episcopi urbis Romae* q (similiter r), de aliis u. praef. ‖ 1—5 desunt in Th ‖ 1 *Iam dudum*] *Quam dudum* s v, *In modum* r^{1} | *paulus* r^{4}, *salus* r^{3}v | *patrum* r^{4} ‖ 2 *quum dñi* p | *uellet patrias* Sabin. | *proponere* q r^{3} ‖ 3 *abnuere* pars codd. | *sanctos* om. Browerus indicans lacunam | *laudare* Sarazani Merenda ‖ 4 *adsiduis* et *assiduis* codd. (illud suadent lapidum scripturae *adgressus*, *inluuiem, inmensi*) | *cuperent* r^{3} | *disserpere* p, *d*^{is}*ecerpere* p^{1} ‖ 5 *dum* Sabinus | *lacerant* r^{3} | *sancta* m | *pignora* r^{4} ‖ 7 *temptaturus* q (om. Th) | *sentit* Th, *censit* r^{3} | *possit quid* q r s aliique Ald. Fabric., *post sit quid* m, *quid posset* Sabinus ‖ 8 *uocemque* m | *recipit* p ‖ 9 *conposuit* m p q | *more* q ‖ 10 *mutatus* Ald. Fabric. (om. Th.) | *postquam placuit* r^{3} Ald. Fabric. ‖ 11 *sublimis ad aethera* r^{1}, *subiit trans ethera* f f^{1} | *uectus*] *iactus* m, *caeli* Browerus Sarazani Merenda ‖ 12 *noscere* om. Th, *poscere* Sabinus | *possint* f^{2} r r^{3} Ald. Fabric., *possit* q | *quid praemia uitae* deerant in cod. Sabini ‖ 13 om. Sab. | *raptus*] *ratus* Aldus, *carus* Fabric., *clarus* Bibl. max. patr. V p. 635 ‖ 14 *tenuit*] *rapuit* r^{4} | *euntem*] *eundem* uel *ouantem* Riuinus mauult ‖ 15 *fruitur domini* $o^{1}o^{3}$, *domini fuit* Th | *secretaque seruat* p r^{4}, *secreta reserat* $f^{2}r^{3}$ Th, *secreta serantis* f f^{1}, *secreta reuelat* s (litterae *uel* atramento nigriore scriptae, sed prima manu ut uidetur), *secretaque cernit* $o^{1}o^{2}o^{3}$ (quam lectionem probat Gallandius p. 346) ‖ 16 *ac*] *et* Ald. Fabric., om. q | *iussu* b, *uisus* Th ‖ 18 totus euanuerat in codice Broweri; in Pauli epistularum editione Veneta a. 1533 teste Sarazanio scriptus erat sic *uixit at hunc tantum mirum est superasse laborem* | *uisere*] *uixere* Th, *uiscere* p^{1} (in margine manu altera *uincere*) | *cui*] *cum* (*cũ*) b c f f^{1} m $o^{1}o^{2}o^{3}$ r $r^{1}r^{2}r^{4}$ s t (cod. Paris. 2832 teste Rossio IChr. II p. 441), *qũ* p, *eũ* q (*cumagnũ* Th) | *satis et* t | *uixisse*] *luxisse* Th, *uexilla* c p^{1} ‖ 19—22 euanuerant fere in cod. Broweri ‖ 19 *ueruera* m, *uerba* b | *uincula fames* s (*s* add. manu altera) | *lapidem* b c $p^{1}r^{1}$ t | *rauiemque* p ‖ 20 *inluuiem* pars codicum et lapis n. 27, *inlubiem* m q, *inglubiem* Th, *ingluuiem* c $f^{1}p^{1}$, *elluuiem* Aldus ‖ 21 *naufragium* om. q | *serpentes* m t Th (hic corr. ex *serpentem*) | *direnena* Th ‖ 22 *timus* m, *metuit* p | *corpora* Th ‖ 23 om. Th | *quo* $f^{2}o^{2}$ cod. Vindocin. Sabinus Ald. Fabric. al., *quia* b c m $o^{1}o^{3}p^{1}$ Browerus, *qui* p (littera *i* in ras.) f f^{1} t (*qui* coni. Riuinus), *quem* q, *quae* r^{1}, *que* s, *q;* (i. e. *que*) r manu prima (*quod* manu altera) ‖ 24 *dignus amore datus** . . . . . *in saecla magister* (* *populis*) Browerus | *uixit* r | *per secula semper* r^{2} ‖ 25 *his*] *hic* f^{1}, *ha* f | *breuiter fateor*] *patrone* . . . . . *ter* Browerus, *fateor breuiter* $o^{1}o^{3}$ (*breuiter* omittit p addens *me nunc* post *fateor*) | *sanctissime doctor* ita recte o^{2} cod. Vindocin. Fabric., *iustissime noster* Browerus, *spe-*

cialiter oms p in ras., *beatissime doctor* reliqui (cf. Melchior Goldastus in notis ad Columbanum p. 117, Paraeneticorum ueterum P. I) || 26 *Paule* ita recte o¹o³ cod. Vindocin. Aldus Fabric., *sancte* reliqui | *damasetuos* p | *uoluit* qf²t Browerus || subscr. *finiunt uersus Damasi episcopi urbis Romae* Browerus, alii aliter

Ad u. 1 *praecepta secutus* clausula Vergiliana (Georg. IV 447 *deum praecepta secuti*) redit u. 9, cf. nr. 20* *legis praecepta secutus*, 77 *Christi praecepta secuti*, Paulin. Nol. XV 61 *domini praecepta secutus* 2 comparauit Sarazanius locum epist. ad Galatas I 13 sq. *audistis enim conuersationem meam aliquando in iudaismo, quoniam supra modum persequebar ecclesiam dei et expugnabam illam, et proficiebam in iudaismo supra multos coaetaneos meos in genere meo, abundantius aemulator existens paternarum mearum traditionum.* cf. Act. apost. VIII 3 et XXVI 9 sqq. 5 cf. 46 *cum lacerat pia membra,* 28* *sanctae seruare foedera matris,* 13 *secuit pia uiscera matris* et saepius

6 initium redit in 9. cf. Sedul. carm. pasch. V 237 *meruerunt cernere uultum* 7 *possit quid gloria Christi* 8 8 Verg. Aen. X 896 sq. *ut auras suspiciens hausit caelum mentemque recepit.* cf. Act. apost. IX 3. 4 9 Ouid. Ars am. III 370 *mores composuisse suos.* de clausula cf. adn. ad u. 1 10 Hor. Sat. I 1, 69 *mutato nomine de te fabula narratur* 11 *mira fides rerum,* redit formula 8 et 46, cf. adn. 8, 4. clausula Vergili *trans aethera uectae* Aen. VII 65 12 *praemia uitae* redit clausula 13 et 58 13 de clausula u. adn. 1, 4 14 Paul. ep. ad Cor. II 12, 2 *scio hominem in Christo .... raptum huiusmodi usque ad tertium caelum*, 12, 4 *quoniam raptus est in paradisum.* Verg. Aen. III 117 XI 210 *tertia lux.* cf. 9 *post tertia lumina solis* 15 Verg. Aen. VII 90 *fruiturque deorum conloquiis.* Iuuencus I 304 *cordis secreta reseruat.* Paul. ad Cor. II 12, 4 *et audiuit arcana uerba quae non licet homini loqui*

16 Paulus *praedicator et apostolus doctor gentium in fide et ueritate* I Tim. 2, 7, cf. II 1, 11. Act. apostol. XXVI 17. 18

17 *maris temptare profundum* Ouid. Hal. 84. *noctemque diemque* Verg. Aen. V 766, *noctesque diesque* Hor. Sat. I 1, 76, talia passim 18 comparauit Sarazanius uersum Horati Ep. I 17, 10 *nec uixit male qui natus moriensque fefellit* et illud Epicuri praeceptum λάθε βιώσας, quod Ouidius Trist. III 4, 25 sic expressit *crede mihi, bene qui latuit, bene uixit* (Vsener Epicurea p. 327) 19 Paul. ep. ad Cor. II 11, 23 sqq. cf. Dracont. Satisf. 312 *pristina sufficiant uerbera uincla fames* 20 cf. 32 *uerbera carnificis flammas tormenta catenas* e. q. s. idem exordium 27, 4 21 Act. apost. cap. 27. 28. cf. Sil. Ital. I 411 *nec non serpentem diro exarmare ueneno* 22 Paulus ad Galat. VI 17 scribit *ego stigmata domini Iesu in corpore meo porto* 24 cf. 11, 2 [.... *am*]*ore dei,* 28* *blandus amore dei* 26 u. adn. 1, 17

3*

VERSVS DAMASI PAPAE AD QVENDAM FRATREM CORRIPIENDVM

Tityre, tu fido recubans sub tegmine Christi
diuinos apices sacro modularis in ore,
non falsas fabulas studio meditaris inani.
illis nam capitur felicis gloria uitae,
istis succedent poenae sine fine perennes.
unde cave, frater, uanis te subdere curis,
inferni rapiant miserum ne tartara taetri.
quin potius sacras animo spirare memento
scripturas, dapibus satiant quae pectora castis.
te domini saluum conseruet gratia semper.

Extat in codd. Einsidlensi E (u. praef.) f. 90 auctoris nomine non adscripto et Angelicano V 3, 22 saec. X (nr. 1515 in catalogo Henrici Narducci, uol. I Romae 1893 p. 653) f. 31, quem contuli. hoc ediderunt Amadutius Anecdot. litter. II p. 387, Migne Patrol. Lat. XIII p. 1217 (inde ARiese Anth. Lat. n. 765), Rossi Bull. crist. 1884—1885 p. 9 (inde Stornaiolo Studi e documenti di storia e diritto VII 1886 p. 24); ex illo Mommsen Mus. Rhen. IX p. 299 (cf. Rossi IChr. II p. 10). u. praef.

Lemma seruauit Angelicanus 1 Verg. Ecl. I 1 sq. *Tityre, tu patulae recubans sub tegmine fagi siluestrem tenui musam meditaris auena* cf. Georg. IV 565 2 *diuinos apices* i. e. *scripturas sacras* (u. 8 sq.) ut in Cod. Theod. XVI 2, 7 (a. 330) *lectores diuinorum apicum et hypodiaconi.* cf. Probi de nomine excerpta GL IV p. 215 (apices) *litterarum indicat nomen, cuius locutio in consuetudine est, quando dicimus 'diuinos apices' et significamus litteras.* Roensch Itala p. 328 3 *falsas non* E. Verg. Ecl. II 5 *studio iactaris inani* 4 cf. Vergili clausulas *gloria facti* (Aen. II 322), *gl. palmae* (Georg. III 102). Iuuenc. II 470 *comitatur gloria uitae.* cf. 23, 6 et 76*, 5 5 Aen. II 771 *sine fine furenti* (cf. 79) 7 *tartara* eodem pede saepius apud Vergilium, e. gr. Aen. VI 543 *ad impia tartara mittit* 8 Aen. VII 126 *tum sperare domos defessus ibique memento,* clausula *narrare memento* ibid. 549 9 *faciant* E, *saciant* Ang.

4

Cingebant latices montem teneroque meatu
corpora multorum, cineres atque ossa rigabant.
non tulit hoc Damasus, communi lege sepultos
post requiem tristes iterum persoluere poenas.
protinus adgressus magnum superare laborem
aggeris inmensi deiecit culmina montis.
intima sollicite scrutatus uiscera terrae
siccauit totum quidquid madefecerat humor
inuenit fontem, praebet qui dona salutis.
haec curauit Mercurius leuita fidelis.

Tabula marmorea litteris pulcherrimis Philocalianis inscripta cum diu latuisset, saeculo XV in lucem prodiit e clivo Vaticano, nunc seruatur in cryptis Vaticanis, ut descripsit Gerhardus Ficker conlega. imago e gypso expressa in museo Lateranensi extat class. I n. 2. ex antiquioribus syllogis seruauit Th (Rossi IChr. II p. 56, 14); a Maphaeo Vegio, qui saec. XV de basilica Vaticana scripsit lapidemque eius lateri adfixum uidit, accepisse uidetur Cyriacus (Rossi l. c. p. 342. 344. 349. 390); Petrus Sabinus legit 'in exteriori fronte parietis ad latus dextrum templi diui Petri in Vaticano' (Rossi l. c. p. 411, 5). ediderunt tractaueruntque multi Baronius a. 384 (ab hoc Riuinus n. 38), Sarazani n. 39, Merenda n. 36, Perez p. 54 in tabula n. III (aeri incis.), Dionysius Vaticanae basilicae cryptar. monum. (Romae 1773) p. 61 tab. XXVII, Mai Script. uet. V p. 168 n. 4, ThRoller Les catacombes de Rome II p. 78 tab. LXI n. 8 (ad exemplum musei Lateran., cf. Rossi Bull. crist. 1877 tab. III. IV, Mus. Pio-Lat. tab. I), Buecheler Anthol. epigr. n. 310. cf. praeterea MSdeRossi in appendice apud Rossium Rom. sott. I p. 47, Kraus p. 388. 532, de Waal Roem. Quartalschrift I p. 19, IPKirsch ibid. IV p. 11, Duchesne Lib. pontif. I p. CXXII, Armellini Le chiese di Roma p. 526. 537, AElter Mus. Rhen. XLIII p. 123. 133 aliosque.

Spreui codicum uarietatem (2 *atque*, 8 *humor* lapis, non *adque* et *umor*, quod contendit Sabinus, rectius Th) 1 cf. initium Vergilianum *cingebant siluae* Aen. V 288, *latices* uox Vergiliana (eadem uersus sede Aen. VI 715) 2 *relliquias Troiae cineres atque ossa peremptae* Verg. Aen. V 787, cf. XI 249

uoltum lacrimis atque ora rigabat 3 *non tulit* exordium Vergilianum e. gr. Aen. II 407 *non tulit hanc speciem* e. q. s. (cf. Sedul. carm. pasch. IV 181) VIII 256 IX 619 Ecl. V 89 cet.
4 cf. Aen. IX 420 sq. *sanguine poenas persoluas*, I 600 *grates persoluere dignas* 5 Aen. III 368 *tantos possim superare labores*
6 Stat. Silu. I 1, 59 *superingesti portaret culmina montis*
7 *uiscera terrae* Ouid. Met. I 138, Stat. Silu. III 1, 113, *uiscera montis* Verg. Aen. III 575. cf. adn. 13, 1 8 Aen. V 330 *fusus humum uiridisque super madefecerat herbas* 9 clausula *dona salutis* Iuuenci II 66, Ven. Fort. II 7, 37 al. 10 *leuita fidelis* eadem clausula 14, 5

5*

Non haec humanis opibus, non arte magistra
. . . .
sed praestante Petro, cui tradita ianua caeli est,
antistes Christi conposuit Damasus.
una Petri sedes, unum uerumque lauacrum,
uincula nulla tenent ⟨Acatius uotum soluit⟩

Seruauit L inscribens AD FONTES scil. Vaticanos siue s. Petri baptisterii ut putant. Grut. 1163, 10 (inde Baronius a. 384, Sarazani n. 17, Riuinus n. 18, Merenda n. 37), Marinius apud Maium Script. uet. V p. 168 n. 3, Sarti et Settele Ad Dionysii opus de Vatic. cryptis appendix p. 94; Rossi Bull. crist. 1877 p. 8 sq. Mus. Pio-Lat. p. 26 IChr. II p. 147, 10. 10^{a}. cf. Bull. crist. 1867 p. 34, Langen Gesch. d. roem. Kirche p. 597, IPKirsch Roem. Quartalschrift IV p. 119

Lacunas indicauit Rossius. 1 totus Vergili Aen. XII 427, ubi sequitur uersus *proueniunt neque te, Aenea, mea dextera seruat*; cf. VIII 442 *omni nunc arte magistra* (*atque arte magistra* in Probae centone 532) 4 *antistes Christi* mihi suspicionem mouit carmen tam laceratum Damaso tribui iniuria. certe ille *rectoris* nomen in deliciis habet (n. 7. 14. 42. 44. cf. 13. 18. 23. 48), sic auctor anonymus (Ambrosiaster) in comment. epist. ad Timoth. I 3, 14 *ecclesia .... cuius hodie rector est Damasus*; soluta oratione *episcopus* uocatur n. 18. 22. 31. 45, *antistes* in epigrammate saeculi V (n. 104). potuit sane eius de baptisterio meritum laudari carmine alieno. accedit metrum elegiacum quo fere abstinet poeta noster (cf. 32. 55) 6 *teneat* codex, *tenent* Baron. Rossi; quae secuntur tria uocabula ex alio titulo huc male intrusa. *quem liquor iste lauat* explet Rossius.

aliter nec bene Riuinus rem expediuit duo disticha subesse ratus ita fere restituenda

una Petri sedes, unum uerumque lauacrum,
sic praestante Petro uincula non teneat.

Ad eundem 'fontem sacrum' (cf. Siricii elogium infra n. 93 u. 2 sq. *post Damasum clarus totos quos uixit in annos, fonte sacro magnus meruit sedere sacerdos*) titulus spectat in cryptis Vaticanis repertus et a Rossio ita suppletus

Longinianus u. c. praef. urb.]et Anastasia c. f. eius
ad augendum splendorem]basilicae apostoli Petri
pauimentum parietes]item coelum
sacri fontis, quem dudum Da]masus vir sanctus in
ea . . . . exstruxit, sumpt]u proprio marmoru[m
cultu et musiuo opere]decorarunt

Sarti et Settele l. c p. 91 tab. XXXIII, Rossi Bull. crist. 1877 p. 8 et Mus. Pio-Lat. p. 25, Kirsch l. c. p. 120. eiusdem uiri clarissimi epigramma ad fontes basilicae s. Anastasiae incisum infra habes n. 105. aliud carmen inscriptum 'ad fontes' (infra n. 72) num ad fontes basilicae Vaticanae pertineat, id quod opinantur Rossius et Grisar (Zeitschrift f. kathol. Theologie XIII 1889 p. 115), licet dubitari

6*

. . . . Fa]ustino Viatrici . . . .

Fragmenta duo epistylii paruae basilicae rep. in coemeterio Generosae uia Portuensi prope lucum fratrum Arualium. e litterarum forma Philocaliana basilicam ab ipso pontifice in honorem Simplicii, Faustini, Viatricis (non *Beatricis*) martyrum (Martyr. Hieron. IV Kal. Aug.) constructam esse concludi potest, ut recte Rossius suppleuerit *sanctis* (siue *beatis*) *martyribus Simplicio Faustino Viatrici,* Bull. crist. 1869 p. 1—9, Roma sott. III p. 651 sqq. c. tab. LII. quartum nomen Rufiniani martyris epistylio inscriptum fuisse idem probabiliter coniecit conlatis martyrum quattuor imaginibus, quibus nomina adpicta sunt, in crypta coemeterii (Rom. sott. III tab. LI)

7

O semel atque iterum uero de nomine Felix,
qui intemerata fide contempto principe mundi
confessus Christum caelest]ia re[gna petisti.

o uere pretiosa fides, co]gnosc[ite, fratris
qua ad caelum uictor parit]er proper[auit Adauctus.
presbyter his Verus Da]maso rect[ore iubente
composuit tumulum sanctorum limina adornans.

Felix et Adauctus sub Diocletiano et Maximiano martyrium passi in coemeterio Comodillae uia Ostiensi sepulti erant (Rossi Roma sott. I p. 182. 183 IChr. II p. 31 n. 74[a]. Acta SS. VI Aug. p. 546). lapidis fragmentum mihi uisum litteris Philocalianis inscriptum Rossius in museo Vaticano agnouit huc translatum ut uidetur anno 1720 e crypta martyrum a Boldettio inuenta (Rossi Roma sott. I p. 120, Bull. crist. 1877 p. 19); nunc in museo Lateranensi (class. III n. 2) extat suppletum ex apographis, quae seruauerunt codd. ETPL, Rossi IChr. II p. 32, 76 (= CIL VI 1 p. XIV n. 74) p. 67, 29 p. 82, 20 p. 102, 32. ex L Grut. 1171, 18, inde Baronius a. 384, Sarazani n. 24, Riuinus n. 40, Merenda n. 24; exemplum Lateranense expressit Roller Les catacombes de Rome II p. 73 tab. LXI n. 2 secutus Rossium Mus. Pio-Lat. tab. III. Buecheler Anth. epigr. n. 671

Lemma *in sepulchro sancti Felicis* praefigit E, *in uia Ostiensi iuxta sanctum Paulum* T ‖ 1 *adque* P (cf. adn. 4) | *cum uero nomine* E, quod praestat Buechelero ‖ 2 *concepto* P ‖ 3 *confessum Christi* T ‖ 4 *cognuscite* P | *fratris* E, *fratres* TPL et editores praeter Buechelerum ‖ 5 *qua ad* E, *qui ad* L, *quia ad* T, *qui uita* P | *paritur* T, om. P | *properat ausctus* P ‖ 6 *is* L | *uersus damasus* T ‖ 7 *conposuit* TPL | *tumulo* P | *adornans* E recte ut uidetur, *adorans* L, *adoras* P, om. T ‖ subscr. in T *felix fe ad auctis* (i. e. Felix et Adauctus)

Ad u. 1 *semel atque iterum* Ciceronianum. cf. 61 *pariterque et nomine Felix,* Verg. Aen. I 277 *suo de nomine dicet* 2 *intemerată,* cum desideretur alterum Damasianum ultimae ablatiui correptae exemplum, nescio an *fides* restituendum sit interpungendumque *qui — intemerata fides —* e. q. s. formula e Vergilio sumpta (Aen. II 142 sq. *per si qua est quae restet adhuc mortalibus usquam intemerata fides,* inde Proba cento 473 aliique) redit in fragmento 35 *quae intemerata fides ....* comparari potest altera formula Damasiana *mira fides rerum* (n. 2. 8. 46), u. Mus. Rhen. L p. 201 sq. Damasiana usurpat Ven. Fortun. 15, 15 sq. *uictus amore dei contempto principe mundi intemerata fides pertulit exilium.* alterum huius uersus hemistichium redit 30 et 47, cf. 43 *superato principe mundi* 3 cf. 43 *confessi Christum,* 41* *confessa Christum* (Verg. Aen. II 591 *confessa deam*). cum clausula cf. Verg. Aen. I 620 *noua regna petentem,* Rossi IChr. II p. 87, 31 (= Buecheler Anth. epigr. n. 737)

prudens et innocua caelestia regna petisti 4 Verg. Aen. IX 614 *o uere Phrygiae.* cf. 42 *ornauit Damasus tumulum, cognoscite, rector.* item *cognosce* per parenthesin 53, cf. 76 5 hunc uersum respicit topographus Salisburgensis (cod. Vindob. 1008) ap. Rossium Roma sott. I p. 141. 182 *et non longe inde ecclesia s. Felicis est, ubi ipse dormit, cum quo quando ad caelum migrauit pariter properabat Adauctus et ambo requiescunt in uno loco.* cf. 31 *ad caelum pariter* e. q. s. 6 Damasus *rector* 14. 42, *rector plebis* 44. u. adn. 5, 4 7 cf. 33* *composuit tumulum Laurentia coniunx,* 31 *sanctorum limina quaerat.* Merenda adnotauit lectionem codicis L *adorans* defendi posse Paulini Nol. carm. XIX u. 305 *et magni solium breue confessoris adorat.* cf. praeterea Vergiliana Aen. II 365 sq. *deorum limina,* II 700 *sanctum sidus adorat,* VII 6 *aggere composito tumuli,* X 619 *onerauit limina donis*; adornandi uerbum apud Mantuanum non legitur. Iohannes pontifex (a. 523—526) martyrum coemeterium renouauit, item Leo III (a. 795—816) *renouauit sarta tecta beati Felicis et Adaucti martyrum iuxta s. Paulum apostolum,* Lib. pontif. I p. 276 II p. 2

8

Militiae nomen dederant saeuum]q(ue) [gerebant
officium pariter spectantes iuss]a ty[ranni,
praeceptis pulsante metu serui]re par[ati.
mira fides rerum: subito posue]re furore[m,
c[onuersi fugiunt, ducis impia castr]a relinquunt,
proic[iunt clipeos faleras tel]aq(ue) cruenta,
confe[ssi gaudent Christi portar]e triumfos.
credit[e per Damasum, possit quid] gloria Christi.

Nerei et Achillei martyrum sepulcrum in coemeterio Domitillae uia Ardeatina detectum est a. 1873 ibidemque prodierunt duo elogii fragmenta litteris paene Philocalianis (Mus. Rhen. L p. 199) inscripta, quorum alterum edidit Rossi Bull. crist. 1874 p. 19 sqq. tab. I 2 (inde Kraus p. 84; cf. Bull. crist. 1875 p. 5 sqq.), utrumque Armellini Le chiese di Roma (1887) p. 734. integrum carmen extat in ETL, Rossi IChr. II p. 31, 74 (= CIL VI 1 p. XIV n. 71) p. 67, 28 p. 101, 20 (cf. etiam p. 342. 390). ex L edidit Grut. 1171, 6, a quo pendent Baronius a. 367, Sarazani n. 23, Riuinus n. 26, Merenda n. 25; Mai Script. uet. V p. 394, 3; Achelis Acta ss. Nerei et Achillei (Texte und Untersuchungen zur

Gesch. der altchristlichen Litteratur XI, Lipsiae 1893) p. 43 sq.; Buecheler Anthol. epigr. n. 304

Praescriptum *in sepulchro Nerei et Achillei in uia Appia. Nereus et Achilleus martyres* in E, *Nereus et Achileus martyr:* in T ‖ 1 *almumque* L (in lapide Q tantum litterae uestigium superest) ‖ 2 *tirrani* T ‖ 4 *furore* E et lapis fractus cui potest incisum fuisse FVRORĒ, ut PARENTV̄ in epitaphio Proiectae n. 53 ‖ 6 PROIC[*iunt*] lapis, *proficiunt* TL, om. E (PROIICIVNT Gruter) | *clypeos* EL, *clippeos* T (cf. 1,11) | *telaque* codd. et lapis (... AQ·), *et tela* emendabat Gruter perperam cf. adn. 1, 12 ‖ 7 TRIVMFOS lapis, *triumphos* codd. hic et alibi (FILOCALVS lapis 18) ‖ 8 *Christi quid gloria possit* T (..... GLORIA CHRISTI lapis, non X̄P̄Ī)

Ad u. 1 martyres in actis (Achelis l. c. p. 1) cubicularii fuisse dicuntur Flauiae Domitillae Domitiani sororis filiae (Friedlaender Sittengesch. I^{6} p. 504); praetorianos potius uidetur designare Damasus (u. 5 *castra* i. e. *praetoria,* ut putat Rossius). *saeuumque tridentem* clausula Verg. Aen. I 138 2 clausula *iussa tyranni* (Verg. Aen. VII 368 *iussa parentis*) redit in 27 et 37. Sedul. carm. pasch. II 102 *contemnere iussa tyranni*

3 cf. Verg. Aen. V 138 (= Georg. III 106) *corda pauor pulsans* et clausulas eiusdem *certare parati, respondere parati* sim. (Aen. V 108 Ecl. VII 5). supra 1, 5 *Christo seruire parati*

4 *mira fides rerum* redit 2, 11 et 46, cf. Verg. Aen. IX 277 sq. *maxima rerum uerborumque fides.* talia apud christianos gentilesque poetas saepius: *mira fides* Stat. Silu. III 3, 21 IV 4, 81, Paulin. Nol. XV 253 XIX 550, *pro mira fides* Iuuenc. I 113. cf. Rossi IChr. II p. 64, 10 = p. 106, 46, p. 70, 70 = p. 112, 72

6 sic 1,12 *impia maledicum faleras telaque gerentem.* cf. Verg. Aen. VI 835 *proice tela manu* et exitus *tela cruentat* Aen. X 730, *arma cruenta* X 461 (conl. IX 750), *tela cruenta* Ouid. Trist. V 7, 34 7 *Christi meruere triumphos* 23 8 *posset quid gloria Christi* 2,7, *monstrauit gloria Christi* 27, *possent quid praemia uitae* 2,12. cf. adn. 3,4

9

Qui gradiens pelagi fluctus compressit amaros,
uiuere qui praestat morientia semina terrae,
soluere qui potuit letalia uincula mortis,
post tenebras fratrem, post tertia lumina solis
ad superos iterum Marthae donare sorori,
post cineres Damasum faciet quia surgere credo.

'Epitaphium papae Damasi quod sibi edidit ipse' sepulti uia Ardeatina (Lib. pontif. supra in testimoniis, Rossi Roma sott. I p. 180. 241 sq. Bull. crist. 1877 p. 130, infra adn. 57) in multis codicibus traditur, de quibus u. Rossium IChr. II p. 250. 252 n. 1 (syll. Isidoriana), p. 271. 275 n. 16 (cod. Lugd. Bat. Voss. Q. 69 saec. IX), p. 282 (Vat. Regin. 1578 saec. XI f. 26. Monac. 18375 saec. IX f. 140); accedunt codex uetustus bibliothecae Treuericae ecclesiae s. Petri, ex quo Christophorus Browerus communicauit cum Baronio Annal. a. 384 (ab hoc pendent Sarazani n. 16, Riuinus n. 16, Merenda n. 34, Wilpert Ein Cyclus christologischer Gemaelde aus d. Katakombe d. hh. Petrus und Marcellinus p. 18), Monacensis 22227 saec. XII (f. 207) aliique. male inrepsit inter carmina Theodulfi episcopi Aurelianensis praefixo lemmate 'in obitu Damasi', Poet. latini aeui Carolini, rec. EDuemmler I p. 557 n. LXVI (e Sirmondo), cf. Rossi IChr. II p. 252. 287 Bull. crist. 1884—1885 p. 11. totum carmen saeculo fere VIII Treueris monumento Erici cuiusdam (u. 6 *post cineres Erici* e. q. s.) incisum est auctum duobus 'uersibus' hisce

Christe redemptor parce fideli Erico,
qui corpore multas post se reliquit lacrimas

FXKraus Inscr. christ. Rhenan. II n. 385 (e Broweri Antiq. Treu. I p. 61). uersus 2 et 3 adhibiti sunt in titulo christiano musei Lateranensis (class. IX n. 37), quem nuper descripsi:

VIVEREQVIPRESTATMORIENTI
A✉SE✉MINATERRAESOLVEREQVIPOT
VIT✉LETALIAVINCVLAMORTI

DEPOSITVSTEBERIANVSIIIIDVSAGV
✉STASINPACEM

[*depositus Teberianus* in marmore est, non *deposuit Seberianus*, quod tradunt Sarti et Settele Ad Dionysii opus de Vaticanis cryptis appendix (Romae 1840) p. 82.] imitatus est praeterea auctor epitaphii quod in codice L legitur apud Rossium IChr. II p. 170 n. 27 (= Grut. 1169, 4) *Qui mare gradiens undas planauit tumentes dextramque salutis labenti Petro porrexit* e. q. s.

1 *Cur* pro *Qui* cod. Monac. 22227. cf. Verg. Aen. V 801 *saepe furores compressi et rabiem tantam caelique marisque*

2 *qui prestat uiuere* cod. Regin. nota formam *prestat* in lapide Teberiani conl. 27, 11. conferri possunt Vergiliana hemistichia Aen. X 462 *morientia lumina Turni*, XI 665 *morientia corpora fundis*, eiusdemque clausula *semina flammae* VI 6. Ouid. Metam. III 105 *mortalia semina* dicit 3 *legalia* cod. Regin. Erici epit. Sirmond., *Lazaro sua* Baronius e codice Treuerico aut coniectura (cf. epitaphium supra citatum ap. Ros-

sium IChr. II p. 170, 27 u. 3 *ad superos Lazarum nec non redire coegit*). lectio *letalia* (*laetalia, loetalia* codd. Monac.) confirmatur titulo Teberiani. cf. infra 61,5 *mortis quod uincula rupi,* Buecheler Anth. epigr. n. 726 *mortis sic uincula uincat*

4 *tristia* in Erici lapide fuisse fertur. exordium *post tenebras* iterum habes 2, 6. cf. Lucr. I 5 *lumina solis,* Catull. 64, 271 *sub lumina* (al. *limina*) *solis,* Verg. Aen. VI 255 *primi sub lumina solis* (cf. VII 130) 5 MAARTHÆ lapis Erici, *Mariae* Baronius e Treuerico aut coniectura (cf. Wilpert l. c. p. 26 not. 2)

6 Rossi IChr. II p. 170, 27 u. 10 *quia surgere credo post cineres.* cf. infra 76, 3. *post cineres* ap. Ouid. ex Ponto IV 16, 3, Martial. I, 1, 6 VIII 38, 16, Stat. Silu. II 1, 97 aliosque

10

Hoc tumulo sacrata deo nunc membra quiescunt:
hic soror est Damasi, nomen si quaeris, Irene.
uouerat haec sese Christo cum uita maneret,
uirginis ut meritum sanctus pudor ipse probaret.
bis denas hiemes necdum compleuerat aetas,
egregios mores uitae praecesserat aetas,
propositum mentis pietas ueneranda puellae,
magnificos fructus dederat melioribus annis.
te germana soror nostri tunc testis amoris,
cum fugeret mundum, dederat mihi pignus honestum.
quam sibi cum raperet melior tunc regia caeli,
non timui mortem, caelos quod libera adiret,
sed dolui, fateor, consortia perdere uitae.
nunc ueniente deo nostri reminiscere, uirgo,
ut tua per dominum praestet mihi facula lumen.

Elogium Irenes, Damasi sororis, sepultae eodem quo frater et mater loco uia Ardeatina, ut testatur Liber pontificalis (supra in testimoniis, cf. Damasi epitaphium n. 9 c. adn.) integrum seruauit unus codex L, ex quo ediderunt Grut. 1172, 10 et Rossi IChr. II p. 104, 42 (inde Duchesne Lib. pontif. I p. 215). postquam marmoris fragmentum frustula uersuum 1—5 exhibens a. 1880 ad basilicam ss. Cosmae et Damiani effossum est, Ros-

sius carmen retractauit Bull. crist. 1888—1889 p. 146—151 tab. IX (inde Wilpert Die gottgeweihten Jungfrauen in den ersten Jahrhunderten der Kirche, Friburg. Bris. 1892, p. 77 tab. IV 4; cf. etiam Le Blant Comptes rendus de l'acad. des inscr. 4. ser. XVII p. 437 sq.). a Grutero pendent editores: Baronius a. 384, Sarazani n. 28, Riuinus n. 33, Merenda n. 31 aliique (u. Bull. crist. l. c. p. 148). cf. Perez p. 48 sqq., Biraghi Epitafio di s. Irene vergine (Mediol. 1870), Piper Zeitschr. f. Kirchengeschichte I 1877 p. 220, Langen Geschichte d. roem. Kirche p. 596. forma litterarum fragmenti cum abhorreat a solita Philocaliana (u. imaginem in tab. n. III), Rossius longe antequam sedem episcopalem ascenderet Damasus, titulum incisum esse concludit (Roma sott. III p. 241. Bull. crist. l. c. p. 152 sq. cf. Roem. Quartalschr. IV p. 287. Mus. Rhen. L p. 199). acta Irenes a Iohanne Tamaio de Salazar (u. CGIoecher Gelehrten-Lexikon IV p. 994) primum edita (Acta SS. III Febr. p. 244 sq.) ad ipsum elogium Damasianum confidenter ficta esse primo obtutu apparet, ut fides eis haberi possit nulla. usus autem est auctor, qui Irenen 'ad bissenum pontificatus Damasi annum' i. e. a. 379 decessisse tradit, exemplo Gruteriano

1 Ven. Fort. IV, 7, 9 *ecce sub hoc tumulo pietatis membra quiescunt*, similia in sepulcralibus passim 2 *irenae* codex. *nomen si quaeris* talia in sepulcralibus trita, uelut CIL XII 533 *nomen si quaeris titulus tibi uera fatetur*. cf. 12, 1 *quaeris si*, 26, 2 *nomina quisque ... requiris*, 34* *uitam si quaeris* 3 *dum uita manebat* clausula Vergiliana Aen. V 724 VI 608. 661, cf. X 628 (*si*) *uita maneret*. CIL VIII suppl. 16463. IX 4796 cet. infra 33* *cum ... uita maneret* 4 cf. 12,9 *uirgineum ... pudorem* 5 cf. 27 *bis seni transiere dies*, Verg. Ecl. I 43 *bis senos cui nostra dies altaria fumant*, Sil. It. III 67 *bis senos lunae nondum compleuerat orbes*; infra 76 imitator Damasi *bis duodenos necdum compleuerat annos*. dicit autem Damasus non aetatis annum quo Irene decessit, sed quo per uirginitatis uotum Christo se dicauerat (Perez p. 51) 6 *precesserat* L, *praegesserat* Biraghi, quem secuti sunt Rossius et Wilpert. codicis lectio uerior. mendum sustulisse mihi uidetur Buecheler *altae* scribens pro *aetas*, quod uocabulum facile ex superiore uersu inrepere potuit: *egregios mores uitae praecesserat altae propositum mentis* (cf. Verg. Aen. I 26 *alta mente repostum*), *pietas ueneranda puellae magnificos fructus dederat melioribus annis* 8 *melioribus annis* i. e. aetate florente, cf. Verg. Aen. VI 649 *nati melioribus annis*. post hunc uersum lacunam statuit Wilpert l. c. p. 77 9 *haec* pro *te* Perezius mauult, *nunc* pro *tunc* Gruterus edidit et qui eum secuti sunt (Acta SS. l. c.). *testis amoris* i. e. iudice Rossio, cui adstipulatur Duchesne Lib. pontif. I p. 215, mater defuncta, quae moriens (*cum fugeret*

mundum u. 10) Irenen filiam deo deuotam filio commendauit (*dederat* Damaso *pignus honestum*). quod si uerum est, perplexius poetam loqui iudicabimus. equidem Buechelero adsentior 'germanam (an 'Germanam'?) sororem' i. e. alteram Damasi sororem haud multum ante Irenen defunctam *testem amoris* intellegendam esse 10 Verg. Aen. V 538 (cf. 572) *ferre sui dederat monumentum et pignus amoris* 11 *quam* (sc. Irenes sororem) Sarazanius pro *quem* scripsit. cf. 12 et 21* *rapuit sibi regia caeli,* 23 *rapuit quos regia caeli.* clausula *regia caeli* Verg. Aen. VII 210 (saep.), Ouid. Met. I 257 II 198, Petron. sat. 124. 137, Sil. It. I 136 cet., cf. 49. 91 12 *set timuit mortem* in epitaphio Ostiensi CIL XIV 636 (= Buecheler Anth. epigr. n. 487) 13 u. adn. 12, 10. Ouid. Tr. V 10, 51 *perdere uitam*, cf. Verg. Aen. VII 304, Dracont. de deo III 45 15 *et* pro *ut* Perez ex Actis SS. III Febr. p. 245. *fācula* producta prima, contraria licentia *făbulas* 3*, *lŭgubres* 40. tangit autem parabolen de uirginibus prudentibus fatuisque apud euang. Matth. XXV 1 sqq.

11

Insons] uita fuit Marci, quam nouimus omnes.
. . . am]ore dei posset qui temnere mundum,
. . . . . srauit populus quod disceret omnis.
paruus] honor uitae, grandis contemptus habendi
. . . . . uirtus tenuit penetralia cordis
. . . . . te custos, Christi perfectus amicus.
. . . . . et Damasus tumulum cum reddit honorem.
⟨hic Marcus Marci uita fide nomine consors
et meritis . . . .⟩

Marci pontificis paene ignoti, qui sedit a. 336, epitaphium esse plerique putant, in his Rossius, dubitat Duchesne Lib. pontif. I p. 204. eius sepulcrum uia Ardeatina in coemeterio Balbinae fuit (Lib. pontif. I p. 202 c. adn. 4 Duchesnii. Acta SS. III Oct. p. 886 sqq.). ex L, qui solus seruauit, ediderunt Grut. 1173, 12 (inde Baronius a. 336, Sarazani n. 34, Riuinus n. 44, Merenda n. 13) et Rossi IChr. II p. 108 n. 59. unus uersus octauus integer traditur, ceteri mutilati sunt (neque enim recte hoc de carmine iudicat Manitius Mus. Rhen. XLV p. 316). de supplementis non constat, adscribo quae temptauerunt Riuinus, Terribilinius p. 7, Rossius

1 [*integra*] Riu., [*insons*] Terrib. probabilius, cf. 44 *insontem puerum,* 21* *haec fuit insontis uita laudata iuuentus* 2 [*unius*] *ore* Riu., [*blandus am*]*ore* Terrib. conlato 28* *blandus amore dei semper qui uiuere nosset,* [*plenus am*]*ore* Rossi conlato eiusdem syllogae carm. 69 (p. 111) u. 9 *plenus amore dei*, *plenus quoque amore propinqui* (cf. CIL X 6218); cogitari possunt alia uelut *laetus amore* (Rossi II p. 151 n. 26), *dignus amore* (hoc Damasianum, cf. n. 2,24 de Paulo *dignus amore dei uiuit per saecla magister*); cf. Ven. Fortun. carm. II 15, 15 *uictus amore dei contempto principe mundi* (adn. ad n. 7,2) 3 [*ille pero*]*rauit* Riu., [*exemplo or*]*auit* Terrib., sed melius, cum in codice supersit *Srauit* (*orauit* Grut.), [*actis mon*]-*s*[*t*]*rauit* Rossi 4 [*multus*] Riu., [*paruus*] Terrib. 5 [*multiiuga et*] Riuin., [*et sollers*] Terrib., [*intima sed*] Rossi. cf. 80, 4 *sed tenuit uirtus adseruitque fidem.* de clausula u. adn. 1,4 6 [*iusti*]*t*[*ia*]*e* Riu. Terrib. Rossi 7 [*ornau*]*et* Terrib., [*te colit*] *et Damasus tumulo* Rossi, audacius Riuinus sic *huic Damasus tumulum tumulo cum reddit honorem: est situs hic Marcus Marci uitaque fideque et meritis consors* .. in .. *et* uerbum latere pro certo habeo, neque male *ornauit* Terribilinius proposuit conl. 42 *ornauit Damasus tumulum, cognoscite, rector* (cf. etiam 44). in mentem uenit *monstrauit* (*hunc monstrat*? *inuenit*? cf. 49) *Damasus tumulum cui reddit honorem*; Buecheler mauult [*huic refou*]*et* e. q. s. certe abicienda particula *et,* qua abstinet poeta (u. adn. uu. 8. 9). clausulam *monstrat honorem* infra habes 17 (Verg. Aen. V 347 *reddantur honores*) 8. 9 hic unicum exemplum copulae *et* in carminibus Damasi indubitatae auctoritatis occurrit, namque 1,12 *telaque,* non *et tela* legendum esse monui. reliqua in carminibus leguntur dubiae originis 33. 34. 62 (*et* = *etiam* 23. 61). copula sollemnis *que* est, raro *ac* et *atque* adhibentur (u. ind.), soluta oratione *et* 18. 23. 53. cui argumento cum accedat alterum praua uocis *fide* mensura et tertium Marci nomen repetitum, equidem Damasianum de Marco elogium uersu septimo terminari existimo. u. Mus. Rhen. L p. 195 sq.

12

Hic congesta iacet quaeris si turba piorum,
corpora sanctorum retinent ueneranda sepulcra,
sublimes animas rapuit sibi regia caeli.
hic comites Xysti, portant qui ex hoste tropaea;
hic numerus procerum, seruat qui altaria Chr(ist)i;
hic positus longa uixit qui in pace sacerdos;

hic confessores sancti quos Graecia misit;
hic iuuenes pueriq(ue) senes castique nepotes,
quis mage uirgineum placuit retinere pudorem.
hic, fateor, Damasus uolui mea condere membra,
sed cineres timui sanctos uexare piorum.

Fragmentis compositis titulus nunc paene integer extat in coemeterio Callisti uia Appia in crypta pontificum maiore. recognoui et imaginem ad Rossii exemplum parum bene expressam dedi in tab. n. IV. Rossi Rom. sott. II p. 23 sqq. tab. II n. 1 (cf. tab. I et IA), Kraus Roma sott. p. 164 tab. I, Roller Les catacombes de Rome II p. 78 tab. LXI n. 9. integrum seruauerunt T et L, Rossi IChr. II p. 66, 23 p. 105, 43. ex L ediderunt Grut. 1172, 11 et Marinius apud Maium Script. uet. V p. 37, 2, ab illo pendent Baronius a. 384, Sarazani n. 29, Riuinus n. 34, Merenda n. 33. enarrauit Rossius Roma sott. II p. 229 sqq.

1 *queris sibi* T || 2 *sepulcra* lapis et T, *sepulchra* L (contra *sepulchrum* in marmore 27) || 4 XYSTI lapis et L, *xisti* T | *trophea* T || 5 XPI lapis et L, *christi* T || 7 SANCTI lapis, *sci* L, *christi* T | *gracia* T || 8 *casti* om. T || 9 *mace* T || 11 ..ORVM in marmore superest, *piorum* T et Gruter, *priorum* L et Marinius

Ad u. 1 Prud. Perist. XI 11 sq. *quanta uirum iaceant congestis corpora aceruis nosse licet.* clausula *turba piorum* redit in titulo Volsiniensi CIL XI 2839, ibidem exordium Vergilianum u. 3   2 *uenerare sepulcrum* 27. 42. 46, cf. adn. 83, 3

3 *sublimis animas* Verg. Aen. VI 720. de clausula u. adn. 10, 11   4 Xystus II papa sedit ab anno 257 ad 258, eius elogium n. 13. cf. Cypriani epist. LXXX (ad Successum) *Xystum autem in coemeterio animaduersum esse sciatis VIII id. Aug. die et cum eo diacones quattuor.* Lib. pontif. I p. 155 *capite truncatus est et cum eo alii sex diaconi, Felicissimus et Agapitus* (eorum elogium n. 23), *Ianuarius, Magnus, Vincentius et Stephanus* (Duchesne I p. XCVII). *ex hoste tropaea* exitus Vergili Georg. III 32 redit 1,16 *tulerat quae ex hoste tropaea,* 14 *tulerat qui ex hoste tropaeum* (cf. Probae cent. 5 sqq. *nulloque ex hoste tropaea sanguine conspersos tulerat quos fama triumphos*, Mus. Rhen. L p. 195). in 17 superest eiusdem formulae *tropaeum,* in elogio Redempti 21* *sumpsit qui ex hoste tropaea*; cf. Ouid. Her. IX 104 *tulit a capto nota tropaea uiro*   5 *seruat qui altaria Christi* redit in 31, *seruas q. a. Ch.* 52, cf. Sil. It. III 29 *seruant altaria flammae*   6 Miltiadem pontificem (a. 311—314) Rossius intellegit (cf. RALipsius Chronologie der roem. Bischoefe

p. 253), sed, ut Buecheler monet, singularis potius est collectiuus ut *miles eques senator* ac multa apud poetas et Liuium Tacitumque nomina. cf. Verg. Aen. I 249 *compostus pace quiescit*

7 martyrem ignotum 52 *Graecia misit,* Petrum Paulumque discipulos *oriens misit* 26, adde *sacrilegam quam misit Graecia turbam* 78 8 *casti . . . nepotes* Verg. Aen. III 409, cf. IX 307 *iuuenumque senumque,* Ven. Fort. III 6, 3 *pueros iuuenesque senesque,* quod posteriores imitati sunt (Mon. Germ. Auct. antiq. IV 2 p. 137) 9 et *quis* et *mage* ex Vergilio sumpta (e. gr. Aen. I 95. X 480), illud in 14 et 56* redibit, hoc in 19 (sed 29 *hic placuisse magis*). *uirgineum . . . ruborem* Verg. Georg. I 430

10 *fateor* parenthesis. sic saepius (57,5 *fateor uolui*), item *precor* poeta noster secutus Vergilium. *sanctissima condere membra* 29 11 *cineresque beatos* 79

13

Tempore quo gladius secuit pia uiscera matris,
hic positus rector caelestia iussa docebam.
adueniunt subito rapiunt qui forte sedentem,
militibus missis populi tunc colla dedere.
mox sibi cognouit senior quis tollere uellet
palmam, seque suumque caput prior obtulit ipse,
impatiens feritas posset ne la]ed[ere quemquam.
ostendit Christus, reddit qu]i p[raemia uitae,
pastoris meritum, numerum g]reg[is ipse tuetur.

Via Appia in coemeterii Callisti crypta pontificum frustulum lapidis litteris Philocalianis inscriptum prodiit, integrum seruauit L. Grut. 1173, 13 (inde Merenda n. 10), Marinius apud Maium Scr. uet. V p. 35, 1, Rossi Roma sott. II p. 25 sq. tab. II n. 2 (cf. tab. I A) et IChr. II p. 108 n. 60. Stephanum papam carmine laudari Merenda putat (p. 137. 227) nimium fretus eius actis (Acta SS. I Aug. p. 139 sqq.), Xystum II Terribilinius p. 7, cui adstipulantur Rossi Rom. sott. II p. 84 sqq., RALipsius Chronologie der roem. Bischoefe p. 222, Kraus Roma sott.[2] p. 160 sq., Langen Geschichte der roem. Kirche p. 347, Duchesne Lib. pontif. I p. 152. 156. cf. 12 (c. adn.) et 23

1 redit 30. 37. 43. 46. Ouid. Met. II 274 *opacae uiscera matris,* Consol. ad Liuiam 264 *miserae uiscera matris,* Paulin.

Nol. carm. XV 89 *cum iam tunc fremeret sanctae intra uiscera matris*, supra 4 *uiscera terrae* (Amend p. 11) 4 *extemplo ducibus missis tunc colla dedere* 43, item *colla dedere* in fragmento 17, *colla secaret* 29. cf. clausulas Vergili *arma, fata, terga dedere* similia (Aen. IX 683 cet.). Consol. ad Liuiam 208 *colla dare*; Paulin. Nol. XV 201 *si ferro colla dedisset* 5 *ubi* et *qui* Merenda edidit. senex Xystus uocatur ab Ambrosio de offic. I 41, cf. Acta SS. II Aug. p. 140 (*consule senectuti tuae*). Prudent. Perist. VII (de Quirino episcopo Sisciano) u. 51 *sensit martyr episcopus iam partam sibi praeripi palmam mortis* 6 *kaput* et *optulit* codex. Verg. Aen. VIII 611 *seque obtulit ultro,* VIII 144 sq. *me ipse meumque obieci caput,* Catull. 66, 40 *teque tuumque caput* 7 *inpatiens* cod. *nec laedere quemquam* est in elogio Florentini abbatis Gallici CIL XII 944 (= Buecheler Anth. epigr. n. 712, 6) 8 Verg. Aen. II 537 *praemia reddant debita. praemia uitae* 2,12 et 58. Sedul. carm. pasch. I 340. tales formulae saepius apud poetas christianos (CIL V 6817), cf. *praemia pugnae* similesque clausulas apud Vergilium (Aen. XI 78) aliosque. CIL XIV 1938 *et bene pro meritis gaudet sibi praemia reddi* 9 *expressit Damasus meritum* 27,12

14

Par meritum, quicumque legis, cognosce duorum,
quis Damasus rector titulos post praemia reddit.
Iudaicus populus Stephanum meliora monentem
perculerat saxis, tulerat qui ex hoste tropaeum,
martyrium primus rapuit leuita fidelis.
Tarsicium sanctum Christi sacramenta gerentem
cum male sana manus premeret uulgare profanis,
ipse animam potius uoluit dimittere caesus
prodere quam canibus rabidis caelestia membra.

Elogium Tarsicii martyris in coemeterio Callisti uia Appia conditi (Rossi Roma sott. I p. 180. 181. II p. 9) seruauit L. Grut. 1174, 2 (ab hoc Baronius a. 384, Sarazani n. 35, Riuinus n. 36, Merenda n. 18 cf. p. 141), Mai Scr. uet. V p. 34, 3, Rossi Roma sott. II p. 10, IChr. II p. 109 n. 62. cf. Langen Gesch. d. roem. Kirche p. 347. quae de Tarsicii acoluthi martyrio in actis Stephani (Acta SS. I Aug. p. 143, cf. III p. 201)


narrantur ex hoc ipso elogio fluxerunt: *cum corporis Christi sacramenta portaret, tenentes eum pagani discutere coeperunt, ut quid gereret indicaret. at ille indignum iudicans porcis prodere margaritas, nequaquam uoluit detegere* (al. *prodere*) *sacrosancta mysteria*

1 *quicumque legis* redit infra 42 2 de *quis* u. adn. 12, 9 *Damasus rector*, adn. 5, 4 et 7, 6 3 cf. Verg. Aen. III 188 *moniti meliora sequamur*, infra 33* *meliora secutus* 4 adn. 12, 4

5 *leuita fidelis* redit clausula 4,10 6 haereo in *sacrămenta*, an *sacra membra*? cf. u. 9 7 Dido *male sana* Verg. Aen. IV 8 *premeret uulgare* sic Rossius, *prericret* (*pericret* Grut.) *pulgare* L, *peteret uulgare* Baronius et rel. edd. cf. Ouid. Ars am. II 601 *quis Cereris ritus ausit uulgare profanis.* post hunc uersum lacunam statuens Rossius supplementum proposuit *illa uolens nostrisque inhians inludere sacris*, at nihil desideratur

9 Verg. Aen. VII 493 sq. *rabidae . . . canes.* clausula *caelestia membra* redit 23, 1

15*




Fragmenta tria e coemeterio Callisti effossa 'in lettere imitanti le damasiane' Rossius a. 1844 festinanter exscripsit Roma sott. II p. 10 sq. paucis diebus post accuratius delineaturus frustra quaesiuit. de origine Damasiana minime constat

c 3 . . . *atemque*?

16*

a *b* *c* *d*



e

. . . PARI . . . . . .
. . . BITOVE . . . .
. . . MCVNC . . . .
. . . DITCAELO . .
. . . . V . . . .

Fragmenta quinque in coemeterio Callisti in crypta Xysti reperta, quae eiusdem tituli esse dicuntur, inscripta litteris 'di forma monumentale e di tipo bellissimo imitante il damasiano, e precisamente della calligrafia in che è scritta l'epigrafe posta dinanzi al sepolcro di s. Cornelio, che io attribuisco a Siricio successore di Damaso' Rossi Roma sott. II p. 22 tab. II 4 *a b c*; III p. 469 (fragm. *d*, 'ne rimangono la sola sillaba iniziale NE della linea ultima ed una mezza I iniziale della penultima'); Bull. crist. 1881 p. 161 sq. (fragm. *e*). quaesiui frustra

e 1 *pari*[*ter*] uox Damasiana 2 [*su*]*bito ue*[*niunt*] Rossi conl. 13,3 *adueniunt subito* 3 [*cu*]*m cunc*[*ta plebe*] idem 4 [*animam red*]*dit caelo* id., in mentem uenit [*conscen*]*dit caelo*[*s*], cf. 10 *caelos . . . . adiret,* 53 *caeli conscendere lucem*

17

a *b*

. . . . p]raecept[a p]rofa[na
. . . . nobi]le corpus TVRCA
. . . . tunc c]olla dedere
. . . . hostis inique
. . . . m]onstrat [h]onorem
. . . . . . uitae fas]tid[it am]orem
. . . .]ere possim
. . . tulerat qui ex hoste t]ropaeum
. . . . a]mictu.

Fragmenta elogii martyris ignoti in coemeterio Callisti reperta composuit suppleuitque Rossius Roma sott. II p. 11. 12 c. tab. III 8 et 8*a*. supplementa supra scripta fere certa sunt. Damasum auctorem stilus uidetur euincere. forma litterarum non Philocaliana est, sed satis bona. fieri autem potest, ut titulus saeculo posteriore nouatus sit (cf. 18)

1 cf. 8 *praeceptis pulsante metu seruire parati* 2 eadem clausula 40, 5 *urere cum flammis uoluisset nobile corpus* 3 cf. adn. 13, 4 4 *hostis amarus* 48 5 hic latere potest Damasi nomen, cf. 11, 7 c. adn. 6 exitus Vergili Ecl. II 73 *fastidit, Alexim.* Ouid. Rem. am. 305 *fastidit amari* 7 [*nomina nec numerum sanctorum dic*]*ere possim* Rossius conlato 42,2

8 [*qui duce nunc Christo portant ex hoste t*]*ropaeum* idem. cf. adn. 12, 4 9 [*albo splendentes stolae caelestis a*]*mictu* Rossius; latere potest Vergilianum, certe clausulam *amictu* ille frequentat, cf. Aen. I 412 III 405. 545 VII 669 VIII 33 XI 77 cet.

18

DAMASIPAPAECVLTORATQVEAMATOR

DAMASVS EPISCOPVS FECIT
Heraclius uetuit labsos peccata dolere,
Eusebius miseros docuit sua crimina flere:
scinditur in partes populus gliscente furore,
seditio, caedes, bellum, discordia, lites.
extemplo pariter pulsi feritate tyranni,
integra cum rector seruaret foedera pacis,
pertulit exilium domino sub iudice laetus,
litore Trinacrio mundum uitamq(ue) reliquit.
EVSEBIO EPISCOPO ET MARTYRI

FVRIVSDIONYSIVSFILOCALVSSCRIBSIT

Celeberrimum monumentum Eusebii pontificis, qui sedit a. 309 aut 310 (Acta SS. VII Sept. p. 265 sqq.), nomen prodens eius, qui titulos Damasianos summa arte atque diligentia incidendos curauit *(Damasi papae cultor atque amator Furius Dionysius Filocalus scribsit)*. tituli autographi frustula tredecim in coemeterii Callisti crypta Eusebii detecta sunt ibidemque exemplum saeculo VI mendose restitutum compositis fragmentis paene integrum extat. recognoui. accurate edidit Rossi Roma sott. II p. 195 sqq. tab. III et IV (cf. tab. VIII), Bull. crist. 1873 p. 159 sq. tab. XII (inde Kraus Rom. sott. p. 181—186 c. tab. II et III, Duchesne Lib. pontif. I p. 167). utriusque exempli imagines e gypso in museo Lateranensi conspiciuntur, class. III n. 3. 4, Rossi Mus. Pio-Lat. tab. III, ThRoller Les catacombes de Rome II p. 73 sq. tab. LXI n. 3. 4. carmen integrum codd. T et L seruauerunt, Rossi IChr. II p. 66, 24 p. 102, 31. ex L ediderunt Grut. 1171, 17 (a quo pendent Riuinus n. 30, Merenda n. 12 aliique) et Marinius apud Maium Scr. uet. V p. 35, 2. cf. RALipsius Chronologie d. Roem. Bischoefe p. 251. 255. Langen Gesch. der Roem. Kirche p. 381. eiusdem fere argumenti est elogium Marcelli (48) quod confer

Marginum litteras in codicibus omissas lapis saeculi VI sic

refert DAMASIS PAPPAE (in archetypo fuit DAMASI PAPAE, non DAMASI SVI PAPAE, cf. Bull. christ. 1873 p. 160 tab. XII 1) CVLTOR ATQVE AMATOT (sic) FVRIVS DIONYSIVS FILOCALVS SCRIBSIT. formas *labsos* (u. 2) et *scribsit* tuetur fragmentum Philocalianum e pauimento basilicae Martini et Siluestri in Esquilino insertum museo Lateranensi (Rossi Roma sott. I p. 120, Mus. Pio-Lat. p. 35 tab. III, ThRoller Les catacombes de Rome II tab. LXI) *scribsit Furius Diony*[*sius Filocalus*] 1 om. codd., sed *Damasus* subscriptum carmini in T ‖ 2 *Heradius* L | *labsos* lapis instauratus, *lapsos* codd. (cf. 48 *lapsos* codd.) ‖ 3 SVMCRIMINA lapis ‖ 4 IN om. lap. | GLISCENT lap. ‖ 5 SEDITIOCAEDE lapis, *sedicio cedes* T, *sedet locaede* L ‖ 6 EXEMPLO lapis et codd. manifesto errore (cf. 43, 3), litterae TE in archetypo uidentur ligatae fuisse ‖ 7 *foedara* T ‖ 8 OMINO lapis spatio unius litterae, quam D fuisse Rossius uidit, uacuo relicto, *homine* T, *omnino* L Grut. ‖ 9 LITORETINACRIO lapis, *litor et nacrio* T ‖ 10 om. codd.

Ad u. 2sq. cf. 48,1 *rector lapsos quia crimina flere praedixit, miseris fuit omnibus hostis amarus* 4 Verg. Aen. II 39 *scinditur incertum studia in contraria uolgus*; XII 9 *gliscit uiolentia Turno* 5 cf. 48 *hinc furor, hinc odium sequitur, discordia lites seditio caedes* 6 *capti feritate tyranni* 43, *finibus expulsus patriae est feritate tyranni* 48 7 cf. 48,4 *soluuntur foedera pacis.* Probae cento 1 *iamdudum temerasse duces pia foedera pacis.* adn. 2, 5 8 Verg. Aen. II 638 *exiliumque pati.* cum clausula cf. Hor. AP 78 *sub iudice lis est,* CIL V 7640 *sub iudice Cristo* 9 exordium et clausula Vergili Aen. I 196 *litore Trinacrio,* V 517 *uitamque reliquit* (cf. VI 735 X 855 Georg. III 547). CIL V 6734 (= Buecheler Anth. epigr. n. 782) *mundumque reliquit*

19

. . . .]to teneb[ri]sq(ue) [f]ugatis
. . . . t]umulu[mq(ue)] sacratum
. . . . Da]masi pra[es]tantia fecit
. . . . me]lior po[pu]lisq(ue) paratum
. . . . u]aleas si [f]undere puro
. . . .]melior consurgere posset,
. . . . . .]r tenuit mage cura laboris

Fragmenta tabulae marmoreae litteris bonis Philocalianis inscripta rep. in coemeterii Callisti crypta Corneli, ubi· reco-

gnoui a. 1894. frustulum litteras SQ et SAC (uu. 1 et 2) exhibens uiator pius siue impius uidetur furatus esse. edidit et sagaciter, sed, ut mihi quidem uidetur, audacius suppleuit Rossius Roma sott. I p. 287 sqq. tab. IV 1 (cf. tabb. II et V), unde repetiuit Kraus Roma sott.² p. 193. in ipso Corneli loculo litteris antiquioribus sed uolgaribus scriptum est

CORNELIVS MARTYR EP·

ad eundem martyrem, qui papa sedit ab anno 251 ad 253 (Duchesne Lib. pontif. I p. 150, Lipsius Chronologie der roem. Bischoefe p. 203 sqq.), titulus infra positus exaratusque litteris magnis ac paene Philocalianis spectat, quem ita restituere conatus est Rossius (l. c. p. 291 tab. IV 3)

S[*iricius perfecit opus*]
[*conclusit et arcam*] (cf. n. 79,10)
ma[*rmore Corneli quoniam*]
pia [*membra re*]*tentat* (cf. n. 44,1)

1 ad 96 (*aspice descensum, cernes mirabile factum*) Rossius ita suppleuit [*aspice, descensu extruc*]*to* e. q. s. de clausula delego ad Verg. Aen. III 521 *stellis aurora fugatis,* Ouid. Met. II 144 *tenebris aurora fugatis,* Sil. It. III 199 *uirgaque fugante tenebras* 2 [*Corneli monumenta uides t*]*umulumque sacratum* Rossi. cf. Verg. Aen. II 742 *tumulum antiquae Cereris sedemque sacratam* 3 *hoc opus aegroti* uel *hoc opus instantis* uel *uiuida languentis Damasi* proposuit editor parum probabiliter. certe *praestantia* adiectiuum potius quam substantiuum primae, ut cogitare possis de *cura haec marmoribus Damasi* uel, id quod Buecheler proposuit, *munera quae pietas Damasi* 4 [*esset ut accessus me*]*lior* Rossi 5 [*auxilium sancti et u*]*aleas* idem, sed melius deleta *et* copula (adn. 11,8) post *sancti* interpungitur

6 [*corde preces, Damasus*] idem, melius, cum offendat iterata nominis mentio, *domus haud* pro *Damasus* Buecheler. cf. Verg. Aen. VI 55 *funditque preces rex pectore ab imo;* supra 9 *post cineres Damasum faciet quia surgere credo* 7 [*quem non lucis amo*]*r* Rossi, [*census enim breuio*]*r* Buecheler. de *mage* u. adn. 12,9, de clausula *cura laboris* adn. 76 a

20*

Sanctus ab officio, uita grauis, indole priscus,
sedulus ac penitus legis praecepta secutus,
nobilibus gratus, quorum magis auctor amici
carmine luctifico decorat de more suprema:
diaconus hic Tigridas tumulo custode fouetur.

Tigridae diaconi elogium coniunctum cum Redempti epitaphio (21) in L traditur, ubi locus non indicatur. in coemeterio Callisti sepultum fuisse Rossius statuit probabiliter. ediderunt Grut. 1174, 1, Baronius a. 385, Rossi Roma sott. III p. 241 et IChr. II p. 108 n. 61, ubi p. 510 inter Damasiana enumeratur (u. praef.)

1 cf. Ouid. Heroid. VIII 31 *uita grauis auctor et annis* 2 *sedulus ac penitus* Rossius scripsit pro codicis *saeculus atonitus*, Baronius *sedulus ac totus*. cf. Verg. Georg. II 290 *altior ac penitus*. de clausula u. adn. 2,1 3 'iunge *amici suprema*' Buecheler. Rossius *amicus* scribens totum uersum adici uult qualis est *nomine quam proprio Damasus solacia maesta* 4 *demere supraema* traditur, em. Gruter. cf. Verg. Aen. XI 25 *decorate supremis muneribus*, IX 213 *decoratque sepulcro*, Buecheler Anth. epigr. n. 523 *[infeli]x iuuenis munere decorate suppremo*. formula *de more* frequens apud Vergilium (eadem uersus sede e. gr. Aen. I 318. IV 57. XI 35) Ouidium Silium aliosque 5 *ticrida* codex. CIL XII 452 TIRIDAS, V 6483 TIGRIDIANVS

21*

Stringe, dolor, lacrimas. quaeris, p]lebs sancta, [Redemptum
leuitam: subito rapuit sibi regia] caeli.
dulcia nectario promebat mel]la canore
prophetam celebrans placido m]odulam[ine senem:
haec fuit insontis uita, laudata] iuue[ntus.
inuidia infelix tandem conpressa quiescit,
nunc paradisus habet, sumpsit qui ex hoste tropaea.

Fragmentum elogii Redempti litteris uolgaribus inscriptum in coemeterii Callisti regione Liberiana prodiit, Rossi Bull. crist. 1875 p. 78, Roma sott. III p. 236 sqq. (u. delineationem p. 244 n. 2). integrum L exhibet subiunctum carmini superiori. Grut. 1174, 1, Baronius a. 385, Merenda append. n. IV, Rossi IChr. II p. 109 n. 61a. cf. Buecheler Anth. epigr. ad n. 761. imitatorem Damasi audio, u. praef.

1 *plebs sancta* redit in 82 et fortasse in Damasiano 59 2 u. adnot. 10, 11 3 Verg. Georg. IV 101 *dulcia mella premes;* supra 1, 3 *latices seruant qui dulcia mella*. pro *canore*, quod recte codex exhibet, CANEN . . . in marmore apparet

miro sane quadratarii errore, qui tamen iudice Rossio inducto tectorio et litteris rubrica pictis aliquamdiu latere potuit 4 *sacro* pro *placido* Merenda edidit. in *prophetam* producta prima non est cur offendamus (cf. 1, 6), at quam maxime in *sēnem* (cf. 12 *sĕnes*, 13 *sĕnior*, 34* *sĕni*); cum ne apte quidem propheta dicatur *senex*, quin emendandum sit *sanctum* equidem nullus dubito. sic *sanctos* Damasus prophetas appellat in carmine de Paulo 2,3, item Dauidem *prophetam sanctum* 1,6, quibus adde uersum Hieronymi qui fertur 63 *psallere qui docuit dulci modulamine sanctos* 5 *insons* uox Damasiana 11. 27. 44. *uita* producta ultima in caesura, nam nominatiuus potius est quam ablatiuus 6 redit in epitaphio Leonis 33*, initium et clausula e Vergilio sumpta Georg. III 37 *inuidia infelix* (cf. Stat. Silu. II 6, 69), IV 87 *compressa quiescunt* 7 sic Paulum *tenuit paradisus euntem* 2,14, cf. 95 *te paradisus habet*, talia apud christianos saepius (e. gr. Ven. Fort. IV 17, 12). de clausula u. adn. 12,4

22

BEATISSIMO MARTYRI IANVARIO DAMASVS EPISCOPꝰ FECIT

Titulus artis Philocalianae e fragmentis in coemeterio Praetextati uia Appia erutis accurate restitutus a Rossio Bull. crist. 1863 p. 17 sq. 1866 p. 16. 1872 p. 72 sq. tab. V; cf. Kraus Rom. sott. p. 92, Roller Les catacombes de Rome I tab. XXXI (ad lapidem), IFuehrer Ein Beitrag zur Loesung der Felicitasfrage (Freising 1890) p. 1 sqq. 113 sqq.

Ianuarius unus de septem Felicitatis (cf. n. 41* et 86) filiis, Martyr. Hieron. VI id. Iul., Rossi Roma sott. I p. 180. 181

23

Aspice: et hic tumulus retinet caelestia membra
sanctorum, subito rapuit quos regia caeli.
hi crucis inuictae comites pariterque ministri
rectoris sancti meritumque fidemque secuti
aetherias petiere domos regnaque piorum.

unica in his gaudet Romanae gloria plebis,
quod duce tunc Xysto Christi meruere triumphos.
FELICISSIMO ET AGAPITO DAMASVS

Felicissimi et Agapiti, Xysti diaconorum (cf. adn. 12,4), elogium extabat uia Appia in coemeterio Praetextati (Rossi Roma sott. I p. 180. 181 II p. 93. Acta SS. II Aug. p. 141. Duchesne Lib. pontif. I p. 155). ex sylloge T Rossi edidit IChr. II p. 66, 22, e cod. Claustroneoburgensi antea Marinius apud Maium Script. uet. V p. 377, 4

1 *aspicis* T, emend. Rossi. initium apud Vergilium frequens e. gr. Aen. II 604. VI 855. X 480. cf. 96 *aspice descensum.* clausula redit in 14, cf. 44 *tumulus pia membra retentat* 2 cf. adn. 10, 11 3 Paulin. Nol. carm. XXVI 148 *quos crucis inuictae signat cruor. pariter, pariterque* in deliciis habet Damasus secutus Vergilium (u. indicem) 4 elogium quod Liberii pontificis putabat Rossius (IChr. II p. 84. 86 = Buecheler Anth. epigr. n. 787), uersu clauditur *qui sumus hocque tuum meritum fidemque secuti* 5 similia in 26 *aetherios petiere sinus regnaque piorum,* 43 *aetheriam petiere domum regnaque piorum,* 47 *aeternam petiere domum r. p.*, 37 *peteret cum regna piorum.* de *regnaque* u. adn. 1,12 6 Verg. Aen. VI 767 *Troianae gloria gentis,* cf. adn. 3,4 7 *duce te* syllogae codex alter. pro *Christo* quod uterque praebet, *Xysto* scripsit Duchesne l. c. p. 156 probante Rossio IChr. II p. 458 (u. adn. 12,4 et 13). cum altero uersus hemistichio cf. 8 *Christi portare triumfos,* 47 *Christi meruere coronas*

24

Fragmenta litteris Philocalianis inscripta a. 1869 et 1870 uia Appia prodierunt in coemeterio Praetextati in crypta, ubi Vrbani martyris sepulcrum fuisse putat Rossius. litterae incisae erant 'sopra una sottile fascia o lista marmorea in una sola linea'; nomen martyris latet. Bull. crist. 1870 p. 46 et 1872 p. 31, ubi indicantur fragmenta, non publicantur. ipsum coemeterium adire mihi non licuit

25

Fragmenta tituli metrici litteris magnis Philocalianis in coemeterio Praetextati uia Appia reperta Rossius commemorat Bull. crist. 1872 p. 32, spectare ratus ad sepulcrum Quirini tribuni martyris (cf. Bull. crist. 1870 p. 44. 1872 p. 49 sq. 78 sq. 1884—1885 p. 13). sepulti nomen in frustulis, ex quibus unum Rossius olim possidebat, seruatum non est. cf. 24

26

Hic habitasse prius sanctos cognoscere debes,
nomina quisque Petri pariter Paulique requiris.
discipulos oriens misit, quod sponte fatemur:
sanguinis ob meritum — Christumque per astra sécuti
aetherios petiere sinus regnaque piorum —
Roma suos potius meruit defendere ciues.
haec Damasus uestras referat noua sidera laudes.

Fuit uia Appia in s. Sebastiani 'ad catacumbas' (u. Lib. pontif. supra in testimoniis, Martyr. Hieron. III Kal. Iul.), ubi adhuc extat exemplum nouicium saeculo fere XIII incidi coeptum (Rossi IChr. II p. 300). integrum seruauerunt ETPL, Rossi l. c. p. 32, 77 (= CIL. VI 1 p. XV n. 75) p. 65, 20 p. 89, 45 p. 105, 44. priores a Grutero 1172, 12 pendent: Baronius a. 384, Sarazani n. 30, Riuinus n. 43, Merenda n. 9, Perez p. 158; Marinius apud Maium Scr. uet. V p. 32, 1 e cod. L; Buecheler Anth. epigr. n. 306. uarie interpretati sunt theologi: RALipsius Chronologie der roem. Bischoefe p. 50, Kraus p. 134. 592, VSchultze Archaol. Studien über altchristliche Monumente (Vindob. 1880) p. 242 sqq. (cf. id. Die Katakomben, Lips. 1882, p. 71), Langen Gesch. der roem. Kirche bis zum Pontifikate Leos I p. 60, Erbes Zeitschr. f. Kirchengeschichte VII 1885 p. 25, Duchesne Lib. pontif. I p. CIV, Marucchi Roem. Quartalschr. VI 1892 p. 293 (= Ehrengabe zu de Rossi's LXX. Geburtstag, Romae 1892, p. 208; cf. GFicker Goetting. gelehrte Anzeigen 1894 p. 415), AdeWaal Die Apostelgruft ad Catacumbas an der Via Appia (Romae 1894) p. 27 et 135

1 *habitasse* TL, *habitare* EP, *hāitare* lapis medii aeui | *sanctos*] *scī* P ‖ 2 *limina* Schultze contra codicum fidem (cf. Rossi IChr. II p. 459) | *Petri Pauli pariterq̄* lapis ex malo apographo (*pariter* om. P) ‖ 3 *quos* P (litterae *os* in litura). in uoce *sponte* desinit exemplum marmoreum medii aeui ‖ 4 *χp̄m qui per* EP, *χp̄m per* L, *Christum super* Riuinus et Mazochius III p. 895 ‖ 5 *regnumque* T (u. adn. 1, 12) ‖ 6 *descendere* Schultze pessime | *ciuis* P ‖ 7 *haec*] *hoc* Riuinus, *has* Mazochius l. c. | *damus* P | *uestras* om. P | *reserat* Perez | *laudis* P

Ad u. 1 cf. 1, 6 *sanctum cognoscere debes* 2 cf. 47 *Felix pariterque Philippus.* CIL V 6731 (= Buecheler Anth. epigr. n. 748) u. 28 *nomina sanctarum lector si forte requiris* 3 cf. Paulin. Nol. c. XIX 340 sqq. u. adn. 12, 7 4 cf. 47 *sanguine*

quod proprio Christi meruere coronas 5 u. adn. 23, 5 6 *noua sidera:* 'num Auienum taxat sidera canentem uetera?' Buecheler

27

Eutychius martyr crudelia iussa tyranni
carnificumq(ue) uias pariter tunc mille nocendi
uincere quod potuit monstrauit gloria Christi.
carceris inluuiem sequitur noua poena per artus,
testarum fragmenta parant ne somnus adiret,
bis seni transiere dies, alimenta negantur,
mittitur in barathrum, sanctus lauat omnia sanguis
uulnera quae intulerat mortis metuenda potestas.
nocte soporifera turbant insomnia mentem,
ostendit latebra insontis quae membra teneret,
quaeritur, inuentus colitur, fouet, omnia prestat.
expressit Damasus meritum: uenerare sepulchrum.

Tabula marmorea calligraphia Philocaliana incisa adhuc extat in basilica s. Sebastiani uia Appia. descripsi et imaginem dedi in tab. n. V. habent syllogae TPL Sabini, Rossi IChr. II p. 66, 21 p. 89, 46 p. 105, 45 p. 441, 146. ediderunt multi: Grut. 1172, 13 (e cod. L), Panuinius De septem eccl. urb. p. 98, Baronius Martyr. Rom. d. 5 Febr. (p. 66 edit. a. 1613), Sarazani n. 31 (ad lapidem), Riuinus n. 35 (a Baronio), Perez p. 54 in tab. n. 1, Merenda n. 17, Gallandi VI p. 348, Mai Scr. uet. V p. 376, Armellini Le chiese di Roma p. 713, ThRoller Les catacombes de Rome II p. 80, AdeWaal Die Apostelgruft ad catacumbas p. 118, Buecheler Anth. epigr. n. 307. acta martyris latent (Act. SS. I Febr. p. 458)

Varias codicum lectiones adponere inutile est, cum marmore concordat L bene praeter orthographica quaedam 1 Verg. Aen. I 361 *odium crudele tyranni.* cf. adn. 8, 2 2 Verg. Aen. VII 337 *tibi nomina mille, mille nocendi artes*; imitator Damasi infra 86ª *carnificis superare uias tunc mille nocendi*; Anth. lat. Riesii 4, 52 *mille nocendi uias* 3 *gloria Christi, plebis, uitae* clausulae Damasianae, *gloria gentis, facti, Turni, palmae* Vergilianae, u. adn. 3, 4 et 23, 6 4 *carceris inluuiem* redit 2, 20. clausula *per artus* Verg. Aen. II 173, cf. Lucr. VI 661, Dracont.

de deo III 641 al. 5 Prudent. Peristeph. V 257 *fragmenta testarum iubet,* Paul. Nol. c. XV 185 *sternuntur fragmina testae* et in epist. XVIII 7 (p. 134 Hartel) *acuto testarum fragmine laniata membra* 6 Verg. Ecl. I 43 *bis senos cui nostra dies altaria fumant,* Aen. V 561 *pueri bis seni,* XI 133 *bis senos pepigere dies,* u. adn. 10,5. Ouid. Trist. V 8, 13 *miseris alimenta negarat,* Dracont. de deo III 70 *miseris quod trux alimenta negabat* 7 *barathrum* marmor, *baratrum* codd. cf. Verg. Aen. VIII 245 *barāthrum,* III 421 *barăthri* 7—8 cf. Verg. Aen. XII 721, Ouid. Ars am. III 744 *lacrimis uulnera saeua lauat* 9 comparauit Buecheler Petron. Satir. 128 *nocte soporifera ueluti cum somnia ludunt,* cf. Ouid. Met. XI 586 *uise soporiferam somni uelociter aulam,* Sil. It. VII 287 *dona soporiferae noctis*; Verg. Aen. VI 390 *somni noctisque soporae* eiusque clausulam IV 9 *insomnia terrent*; Paul. Nol. c. XVIII 355 sq. *nox .... perfuderat orbem pace soporifera, reticebant omnia terris* 11 *prestat* lapis TP, *praestat* L. sic *prestat* in epitaphio Proiectae 53,9, sed *praestantia* 19; u. adn. 9, 2. clausula *omnia praestas* 61, Dracont. de deo III 120 *deus omnia praestans* 12 cf. 42 *sanctorum quicumque legis uenerare sepulchrum,* 46 *supplicis haec Damasi uox est: uenerare sepulchrum.* u. 12, 2 c. adn. CIL V 1027 (= Buecheler Anth. epigr. n. 406) *frater defunctum uoluit uenerare sepulchro*

28*

Presbyter hic uoluit Sisinnius ponere membra
omnibus acceptus populis dignusque sacerdos,
qui sciret sanctae seruare foedera matris
blandus amore dei, semper qui uiuere nosset
contentusque suo nesciret diuitis aulam.

Via Latina presbyteri sepulcrum fuisse Rossius suspicatur, qui edidit e syllogis T et L IChr. II p. 65, 17 et p. 108, 56 (inde Buecheler Anth. epigr. n. 759). ex L sumpserunt Grut. 1173, 9, Baronius a. 385, Gallandi VI p. 352, Migne Patrol. lat. XIII p. 1217. Damaso uindicant Terribilinius p. 8, Gallandi l. c., Rossi l. c. p. 510 non idoneis de causis, cf. Mus. Rhen. L p. 203

1 *sisinnius* T, *sissinus* L. uide ne scribendum sit *Sisinnus* uel *Sisennus,* ut appellatur Anauniae martyr apud Ven. Fort. I 2, 21. clausula *condere membra* 12. 29; cf. Rossi IChr. II p. 252, 2 *hic posuit cineres* (= p. 273, 2), p. 258, 5 *hic cineres*

posuere, talia trita 3 *seruarē* Damasum dixisse nego, neque si scripseris *sanctae et seruaret,* quod nescio an restituendum sit, uersus Damaso dignus euadit (u. adn. 11, 9). cf. 18 *integra cum rector seruaret foedera pacis,* 2 *cum lacerat sanctae matris pia foedera* 4 *blandus amore dei*, de similibus formulis u. adn. 11,2. *uere* pro *uiuere* T 5 *nescire* L. cf. 98 *et suo contentus habuit per saecula nomen*

29

Marcelline tuos pariter Petre nosse triumphos
percussor retulit Damaso mihi, cum puer essem.
haec sibi carnificem rabidum mandata dedisse:
sentibus in mediis uestra ut tunc colla secaret,
ne tumulum uestrum quisquam cognoscere posset;
uos alacres uestris manibus mundasse sepulcra
candidule, occulto postquam iacuisse sub antro,
postea commonitam uestra pietate Lucillam,
hic placuisse magis sanctissima condere membra.

Elogium ss. Marcellini et Petri martyrum uia Labicana in coemeterio 'ad duas lauros' sepultorum (u. topographos apud Rossium Rom. sott. I p. 178. 179. Martyrol. Hieron. IV Non. Iun.) seruauit is qui acta eorum conscripsit, Acta SS. I Iunii p. 173 ('haec omnia Damasus, cum lector esset, puerulus didicit ab eo qui eos decollauerat, et postea factus episcopus in eorum sepulcro his uersiculis declarauit'). fragmentum ibi effossum est tituli a Vigilio positi (infra n. 89), unde uidetur apparere Damasianam inscriptionem diffracto a Gothis marmore saeculo sexto periisse. ex ipso autem lapide carmen exscripsisse auctorem uitae sanctorum iudicat Rossius IChr. II p. 45. ex Actis ediderunt Sarazani n. 12, Riuinus n. 14, Mazochius II p. 495, Merenda n. 23. uersibus rem enarrat auctor aetatis Carolinae, Poet. lat. aeui Carolini rec. EDuemmler II p. 134:

(112) *haec ut gesta referuntur retulisse adserunt*
illum ipsum, qui eosdem interemit martyres,
et ab illo didicisse Damasum pontificem,
(113) *cum aetate puerili per eadem tempora*
sub magistro ministraret et ad magnum cresceret
rerum culmen, tunc Romana lector in ecclesia.

(114) *post haec cuncta memorasse ac mandasse litteris,*
cum illius almae sedis obtineret apicem
et in tota principatu polleret ecclesia e. q. s.

Vita martyrum in plurimis codicibus legitur, e quibus inspexi duodecim Romanos: Vatic. 6444 saec. XII f. 108 (y^1), Vat. Regin. 318 saec. XI f. 126 (y^2), Vat. Regin. 539 s. XII f. 82′ (y^3), Vat. Regin. 516 saec. XI f. 106 (y^4), Vatic. Regin. 541 saec. XI—XII f. 101 (y^5), Vatic. 6933 saec. XII f. 147 (y^6), Vatic. 7810 saec. X—XI f. 124′ (y^7), Vatic. 5771 saec. X—XI f. 61 (y^8), Vallicell. tom. I saec. XI f. 187′ (x^1), Vallicell. tom. XXI saec. XI f. 227 (x^2), Vallicell. tom. XXV saec. XI f. 241 (x^3), Sessor. 49 saec. XII—XIII f. 111 (z). ad exemplum Bollandistarum, qui melioribus libris usi sunt, proxime accedunt $y^1y^2y^3$, reliqui uitiis scatent aut interpolati sunt. subicio delectum uariae lectionis hunc:

1 *tuum pariter petrique sepulchrum* y^5 | *nosse* codd. mei fere omnes, *nosset* y^8, *noss=e* z, *nosce* Sarazani Riuin. Merenda || 2 adnotant Bollandistae Damasi nomen in aliquo ms. deesse uersumque sic tradi *olim percussor retulit mihi* e. q. s. ita in y^5 legitur. *quos mihi (michi) percussor retulit tunc cum p. e.* x^1(z), *per quos percussor retulit (et tulit) cum p. e.* x^2x^3(y^4), *percussor damaso dixit michi c. p. e.* y^6 || 3 *haec sibi* codd. (*Exui* x^2), *haec tibi* Boll. Sarazani | *rapidum* y^5y^8, *tibi du* x^3 | *mandata dedisse*] *mandarat agendum* x^1 || 4 *sentibus*] *Dentibus* y^6, *presentibus* x^2, *saepibus* Riuinus | *uestra ut tunc*] *uestris (uestra) dũ* $x^2x^3y^4$(x^1z), *uestra ut tum* Riuinus (*tunc* uera lectio est, cf. 13. 43) | *secarent* pars codd. (*secarent* y^8) || 5 *ne*] *De* y^6, *Nec* y^5 Saraz. Merenda | *agnoscere* x^2 || 6 *alaçris* $x^2x^3y^4y^8$ | *mundasse*] *mundare* y^8, *fodisse* y^1y^2 | *sepulcra* uel *sepulchra* codd. plerique, *sepulcrum* y^3, *sepulchrum* y^2y^5 || 7 *candidulo occultos* y^1, *candidule (-lae) occulto* $y^2y^3y^5$, *candidoleo culto* y^8, *candidula occulta* y^7, *candidule occulte* rel., *candidulo occulte* edd. | *post hec* y^6, *post quem* y^8 | *iacuisse* (*iacuisset* y^7) *sub antro* codd. mei omnes praeter y^5 qui *iacuistis in antro* (ita in actis) praebet || 8 *commonita . . . lucilla* pars codd. || 9 *placuisset* codd. deteriores | *sanctissima*] *sua* uel *scĩs sua* uel *urã sibi* uel *scõs sua* libri deteriores (*uestra recondere menbra* z)

Ad 1 carmen a principio mancum uidetur Buechelero, qui interpungit post *triumphos,* tollit punctum post *essem* u. 2

2 *retulit* correpta prima ut *rĕtulisse* 40,1 (LMueller de re metr. p. 361) 3 cf. Catull. 64,214 *talia complexum iuueni mandata dedisse* 4 cf. initium Vergili Aen. II 512 *aedibus in mediis* sim. clausula *tunc colla dedere* 13. 17. 43, cf. adn. 13, 4. Verg. Aen. IX 329 *ferroque secat pendentia colla* 7 Verg. Ecl. I 76 *uiridi proiectus in antro,* VI 14 *in antro Silenum pueri somno uidere iacentem,* Aen. III 631 *iacuitque per antrum*

8 *postea* correpta ultima, ut *posteăquam* 46 (LMueller de

re metr. p. 341). de Lucilla u. Acta l. c. *erant autem Lucilla et Firmina parentes s. Tiburtii martyris* (eius elogium n. 30), *cuius nobilitas et in terris inter senatores magna fuit* e. q. s.
9 cf. 12,9 *quis mage ... placuit,* 12,10 *hic fateor Damasus uolui mea condere membra*

30

Tempore quo gladius secuit pia uiscera matris,
egregius martyr contempto principe mundi
aetheris alta petit Christo comitante beatus:
hic tibi sanctus honor semper laudesque manebunt.
care deo, ut foueas Damasum precor, alme Tiburti.

Tiburtii monumentum uia Labicana fuisse testantur topographi apud Rossium Roma sott. I p. 178. 179, cf. Acta SS. II Aug. p. 613 sqq. et adn. 29,8. e syllogis T et P edidit Rossi IChr. II p. 64,12 et p. 90,48, ante eum e codice Claustroneoburgensi Marinius apud Maium Scr. uet. V p. 35, 2
1 redit 13. 37. 43. 46 2 *martyris egregii* 32. de altero hemistichio u. adn. 7, 2 3 Verg. Aen. XI 272 *petierunt aethera pennis,* Ouid. Met. II 437 *petit aethera uictor,* talia saepius (*aethere in alto, alta petere* cet.). infra 86^b *aetheris ... atria celsa petit*
4 *semper honos nomenque tuum laudesque manebunt* Verg. Ecl. V 78 = Aen. I 609 5 *faueas damasus precor aste* P. cf. 40 *ut Damasi precibus faueas precor inclyta martyr* = 52, 5; 68 *Augustum foueas.* initium Verg. Ecl. IV 49 *cara deum suboles*

31

Martyris hic tumulus magno sub uertice montis
Gorgonium retinet, seruat qui altaria Christi.
hic, quicumque uenit, sanctorum limina quaerat,
inueniet uicina in sede habitare beatos,
ad caelum pariter pietas quos uexit euntes.

DAMASI EPISCOPI

Tabula marmorea e sepulcro Gorgonii martyris uia Labicana sito (Martyr. Hieron. V id. Sept. Rossi Roma sott. I p. 178.

179) medio aeuo translata ad aedem s. Martini in Montibus saepe descripta est; periit saeculo superiore, cum aedis pauimentum renouaretur. e syllogis TL Sabini edidit Rossi IChr. II p. 64, 13 p. 107, 52 p. 437, 120. contuli praeterea cod. Vallicell. G 28 (p. 37), in quo insunt inscriptiones antiquae ecclesiarum Romae urbis conlectae a Carolo de Secua, Antonio Bosio, Iohanne Seuerano. Grut. 1162, 9 (cui misit Cittadinus), Baronius a. 384, Sarazani n. 14, Riuinus n. 12 pendens a Grutero et Baronio, Merenda n. 19 (cf. edit. p. 142), Mai Script. uet. V p. 382, 4

2 *Orgonium* L | *qui*] *per* T || 3 *huc* Riuinus | *quicunque* T et cod. Vall. || 4 *ueniat* L | *beatus* L || 6 om. L, *Damasus* subscr. in T

Ad u. 1 cf. 44 *martyris hic Mauri tumulus pia membra retentat*, 49 *extremo tumulus latuit sub aggere montis.* Verg. Aen. V 35 *ex celso uertice montis*, VII 674 *uertice montis ab alto*, XI 526 *summoque in uertice montis*, similes formulae apud Catullum Ouidium Silium Petronium (sat. 122 u. 153) aliosque

2 Gorgonius non ille, cuius martyrium tangit Euseb. hist. eccl. VIII 6. u. adn. 12, 5   3 cf. 7 *sanctorum limina adornans.* Verg. Aen. II 366 *deorum limina*   4 cf. 26, 1 *hic habitasse prius sanctos cognoscere debes* (Verg. Aen. VI 639 *sedesque beatas*). in elogio Marcellini presbyteri Vercellensis CIL V 6733 (= Rossi IChr. II p. 173, 34) haec: *quisquis post mundum aetherias conscendere plagas posse putat iustos, Marcellinum quoque credat presbyterum caeli sedes habitare quietas.* Buecheler Anth. epigr. n. 318, 5 *meruit caelo semper habitare beata*   5 CIL V 6731 u. 15 *ad caelum pariter mittet domus una sepulcri.* cf. supra 7,5

32

Verbera carnificis, flammas, tormenta, catenas
uincere Laurenti sola fides potuit.
haec Damasus cumulat supplex altaria donis
martyris egregii suspiciens meritum.

Epigramma altari basilicae s. Laurentii in agro Verano ad uiam Tiburtinam inscriptum fuisse Rossius censet, qui ex P et L edidit IChr. II p. 82,22 et p. 117,100. priores aedi s. Laurentii in Damaso ad theatrum Pompei adtribuerant. ex L Grut. 1177, 1, ab hoc Baronius a. 384, Sarazani n. 37, Riuinus n. 37, Merenda n. 14. fortasse legit Prudentius (Perist. II)

De sancto Laurentio martyre inscribit P || 1 *carnifices* L et edd. || 2 *Ui cere* P || 4 *egregium* Grut. | *suscipiens* P

Ad u. 1 cf. 2,19 *uerbera uincla famem . . . uirgas tormenta catenas.* Verg. Aen. VI 558 *uerbera . . . catenae* 2 cf. 27 *carnificumque uias . . . . uincere quod potuit,* 86[a] *carnificis superare uias . . . sola fides potuit* 3 Verg. Aen. XI 50 *cumulatque altaria donis,* V 54 *struerem que suis altaria donis.* de Damaso *supplice* u. adn. 36 4 *martyris egregii,* idem initium e. gr. Paul. Nol. XXVII 309, Ven. Fort. II 12, 1, Theodulf. Aurel. XXXVIII 2 (Poet. lat. aeui Carol. rec. Duemmler I p. 530). supra in 30 *egregius martyr*

33*

Omnia quaeque uides proprio quaesita labore,
cum mihi gentilis iamdudum uita maneret,
institui cupiens censum cognoscere mundi.
iudicio post multa dei meliora secutus
contemptis opibus malui cognoscere Christum.
haec mihi cura fuit, nudos uestire petentes,
fundere pauperibus quidquid concesserat annus,
psallere et in populis uolui modulante profeta.
sic merui plebem Christi retinere sacerdos.
hunc mihi composuit tumulum Laurentia coniunx
moribus apta meis semper ueneranda fidelis.
inuidia infelix tandem compressa quiescet.
octoginta Leo transcendit episcopus annos.

DEP · DIE · PRID · IDVS MARTIAS

Leonis episcopi ignoti sepulcrum uia Tiburtina situm erat in agro Verano, ubi tituli fragmenta litteris uolgaribus inscripta in lucem redierunt, Rossi Bull. crist. 1864 p. 54 sq. (cf. 1881 p. 20. 37). integrum seruauerunt codd. P et L, hic in duas partes dissectum (u. 1—9 et u. 10—13), Rossi IChr. II p. 92, 62 p. 106, 48 p. 107, 51 (inde Buecheler Anth. epigr. n. 761.) ex L edidit Grut. 1173, 2 (inde Merenda append. n. I) et 1173, 5. uu. 8—14 in lapide extant fere integri. Leo (u. Mart. Hieron. pr. id. Mart.) is uidetur esse qui memoratur in uita Hadriani pontificis (Lib. pontif. I p. 508 *ecclesiam sancti Stephani iuxta eam* [scil. basilicam s. Laurentii in agro Verano] *sitam, ubi*

corpus s. Leonis episcopi et martyris quiescit, similiter undique renouauit una cum coemeterio beatae Cyriacae); cf. Rossi Bull. crist. 1864 p. 54, Duchesne l. c. p. 250, Armellini Le chiese di Roma p. 685 sq. in eadem regione reperta sunt frustula epitaphii Florentii diaconi (34*) quem Rossius filium Leonis esse suspicatur. u. praef.

1 *queque uidis* P || 4 *iuditio* P | *meliore sequtus* P || 6 *nudus* P || 7 *quicquid* P || 8 *Ex plere et in populis* P | *modolante* L | *profeta* lapis, *propheta* codd. || 10 *composuit* lapis, *conposuit* codd. | *coniunx* lapis, *coniux* codd. || 12 *conpressa quiescit* codd. || 14 om. codd.

Ad u. 1 simili uersu Gordiani elogium 79 incipit *haec quicumque uides nimio perfecta labore.* cf. CIL VIII 5834 (= Buecheler Anth. epigr. n. 635) *omn(i)a qu(a)e s[unt] nobis, tuo sunt q[uae]sita labori* (u. Buecheler l. c. ad n. 636) 2 u. adn. 10, 3
4 *iudicioque dei* 1,15. de clausula u. adn. 14, 3 5 Verg. Aen. VIII 364 *contemnere opes.* nota *malui* bisyllabum, sic *maluisti* tribus syllabis Lucilius, LMueller de re metr. p. 256
8 cf. 1, 10 *psallere per citharam populis caelestia regna,* 63, 1 *psallere qui docuit dulci modulamine sanctos,* ubi u. adn. (Rossi Bull. crist. 1863 p. 88) 10 *composuit tumulum* 7 12 uersus redit in elogio Redempti 21* 13 CIL V p. 617,6 (= Buecheler Anth. epigr. n. 778) *ter denos geminans transcendit cursibus annos.* in *octoginta* ultima correpta, ut *sexagintă* 43 (LMueller de re metr. p. 341)

34*

Quisque uides tumulum, uitam si quaeris operti,
ter morior denos et post bis quattuor annos
seruatum Christo reddens de corpore munus,
cuius ego in sacris famulus uel in ordine rector
officio leuita fui Florentius ore.
qui pater in terris, item mihi s]ancte sacerdos
contigit et natum tenuit] iam sorte secunda;
hoc supera[nte meo discedi]t spiritus orae.
iste seni c[asus grauis est, mi]hi morte beatus,
quod patris [homicii tene mea membra quiescunt.

DEP · DIE P[ridie . . . .

Fragmenta epitaphii Florentii (u. adn. 33) Philocaliana specie litterarum inscripta in agro Verano prodierunt prope basilicam s. Laurentii. frustulum uu. 6—9 extremos exhibens satis adtritum uidi in museo Lateranensi (class. III 5, Rossi Mus. Pio-Lat. tab. III 5, Roller Les catacombes de Rome II tab. LXI n. 5) neque ueram Philocali artem agnoui sed potius imitationem, ut de origine Damasiana minime constet (u. Mus. Rhen. L p. 198). integrum seruauit P. Rossi Bull. crist. 1881 p. 19. 34 sqq. IChr. II p. 92, 57; Buecheler Anth. epigr. n. 673

1 *Quisquis es* et *sequeris* codex (litterae *-quis* ante lacunam in litura). dedi Rossii lectionem, quae magis placet quam quod mihi primum in mentem uenerat *quisquis ades tumulo*. cf. 10, 2 *nomen si quaeris Irene* 3 Buecheler n. 778 *domino reddens laudabile munus* 4 *rector* cod., quod nescio an propter additum *in ordine* retineri possit, *lector* Rossius (cf. 57 et 93). certe rectoris uox hic ab usu Damasiano abhorret (u. adn. 5,4)

5 *qui* cod., *cui* Rossius explicans 'cui *senex* fuit *in terris pater item sacerdos*'. *sanctĕ* quod superest in lapide num aduerbium sit dubito, certe Damasus aduerbia in *ē* finita non corripit, neque ut *ĭtem* Damaso tribuam adduci possum ('rectius *idem*' Buecheler adnotat) 7 *sorte* lapis, *morte* codex. sententia obscurior. cf. Orest. trag. 281 *petunt de sorte secunda* Vergilique clausulas *fortuna secunda, clamore, Marte secundo* Aen. IX 280 X 266 XI 899. de *et* copula u. adn. 11, 9 8 *ore* cod., *orae* quod in marmore apparet Philocalo indignum. *spiritus oris* Vergili clausula Georg. IV 300, cf. CIL XI 4311 (= Buecheler n. 457) *raptus mihi spiritus ore est* 9 cf. Verg. Aen. XI 159 *felix morte tua,* Anthol. lat. Riesii n. 92 *felix morte sua est* 10 corruptus, *quod patris* in marmore superest. quae Rossius proposuit *quod patris in* (siue *hoc*) *tumulo bene iam mea membra quiescunt* sententiae parum conueniunt; pater hic uidetur deus intellegendus esse, ut cogitare possis de tali supplemento *quod patris hospitio* (Verg. Aen. X 459 *per patris hospitium*) *domini mea membra quiescunt* (*patris officio terrae* Buecheler). ceterum cf. 10, 1 *hoc tumulo sacrata deo nunc membra quiescunt* 11 om. codex


35

Marmoribus uestita . . . .
quae intemerata fides . . . .
hic etiam paries iusto . . . .
omnia plena uides . . . .

Fragmentum marmoreum litteris pulchris Damasianis exaratum in campo Verano effossum est, ubi seruatur in repositis. recognoui et delineaui diligenter (u. tab. n. II). ediderunt Gatti Notizie degli scavi 1889 p. 274 et Bullettino della commiss. archeol. 1889 p. 442 (inde Roem. Quartalschrift IV 1890 p. 76, Armellini Cronachetta mensuale 1889 p. 180), Rossi Bull. crist. 1890 p. 8 (inde Roem. Quartalschrift IV p. 287), Buecheler Anthol. epigr. n. 309

1 post VESTITA in exemplo Gattii hasta cernitur perpendicularis, cuius uestigium tenue re uera adest, ut abiciendum sit Rossii supplementum *uides haec atria sancta.* melius Buecheleri *nouis ueneranda sepulcra*, cogitari possunt alia uelut *domus pia membra retentat* (conl. 44). cf. locum e libelli precum c. 35 supra in testimoniis transcriptum 2 hasta in fine pinguior non admittens litteras N et M. *decorat Christique corona* suppleuit Buecheler. de formula *intemerata fides* uide adnot. 7, 2 3 *iusto*[*rum nomina pandit*] Rossius, *iusto* [*distinguet honore*] Buecheler 4 [*diuino lumine caeli*] idem. desideratur in supplementis nomen Damasi. *omnia plena* quodammodo Vergilium olent, Aen. I 583 *omnia tuta uides*, cf. Ecl. III 60, Georg. II 4 (supra 33* *omnia quaeque uides*)

36



Fragmentum litteris Philocalianis rep. in agro Verano, extat in museo Lateranensi inter elogia martyrum Damasiana (class. III 7), ubi descripsi. Rossi Bull. crist. 1864 p. 44. 47 n. 5, Mus. Pio-Lat. tab. III 7 (= ThRoller Les catacombes de Rome II tab. LXI n. 7)

1 *supplex* uox, qua maxime delectatur poeta noster. sic 32 *haec Damasus cumulat supplex altaria donis,* 44 *ornauit*

supplex (Damasus), 46 *supplicis haec Damasi uox est: uenerare sepulcrum,* 47 *his Damasus supplex uoluit sua reddere uota,* 61 *uersibus his Damasus supplex tibi uota rependo* 2 *mea* [*uota rependo*], [*u*]*t mea* [*uota rependam*]? cf. 46,13 (= 88) *Saturnine tibi martyr mea uota rependo*

37

Hippolytus fertur,] premerent c[u]m iussa t[yranni,
presbyter in scism]a semper mansisse No[uati;
tempore quo gladi]us secuit pia uiscera ma[tris,
deuotus Christo peteret cu]m regna pio[rum,
quaesisset populus ubinam proce]dere [posset,
catholicam dixisse fidem sequerentur ut omnes.
sic noster meruit confessus martyr ut esset.
haec audita refe]rt Dam[asus, probat omnia Christus.

Elogium Hippolyti integrum legitur in P, unde edidit Rossius IChr. II p. 82, 21. idem fragmenta litteris paene detritis agnouit in pauimento basilicae Lateranensis illuc translata saeculo XV e basilica uel crypta Hippolyti martyris uia Tiburtina (cf. n. 83), Bull. crist. 1881 p. 26—55 c. tabb. I. II. post Rossium tractauerunt multi, nuperrime Gerhardus Ficker Studien zur Hippolytfrage (Halis 1893) p. 39 sqq., qui alios auctores enumerat p. 14 not. 1. Prudentium Peristeph. XI Damasi epigramma in ipso lapide legisse ueri est simillimum, cf. Rossi Bull. crist. 1881 p. 42, Ficker l. c. p. 35. 43 sq. KINeumann Der roem. Staat und die allgemeine Kirche I p. 263

Post lemma *in scō hypolito martyrae* quod praefigit P, sequitur uersus *praesbiter ornauit renouans uincencius ultro* ab hoc carmine alienus diuolsus nescio quo casu ab elogio Gordiani (u. infra n. 79) 1 *Hypolitus* codex. cf. Verg. Aen. VII 765 *namque ferunt fama Hippolytum.* VII 368 *premunt te iussa parentis.* de clausula u. adn. 8, 2 2 Prud. Perist. XI 19 *inuenio Hippolytum, qui quondam schisma Nouati presbyter attigerat nostra sequenda negans* 3 redit 13. 30. 43. 46 4 Agnes martyr *deuota Christo* 84. cf. adn. 7,3 et 23,5 5 *possit* codex. Prudent. l. c. 25 sqq. *cum iam uesano uictor raperetur ab hoste exultante anima carnis ad exitium, plebis amore suae multis comitantibus ibat, consultus quaenam secta foret melior, respondit: fugite, o miseri, execranda Nouati schismata, catholicis red-*

dite uos populis 6 *dixisset* codex. *catholicam* producta prima metri causa, ut apud Prudentium aliosque christianos 7 cf. 46 *meruit confessus abire.* Dracont. Medeae 330 *sic meruit ueniam generum confessus Achilles* comparauit Amend p. 11 8 cf. 48 *haec breuiter Damasus uoluit comperta referre.* cum hemistichio altero comparari potest Vergilianum *probat auctor Acestes* Aen. V 418

38*

'Titoletto inciso in bellissime lettere del vero tipo damasiano dell' officina di Furio Dionisio Filocalo' rep. in crypta Hippolyti uia Tiburtina

TIMOTEVS
PRESBYTER

Rossi Bull. crist. 1882 p. 68. Armellini Le chiese di Roma p. 692. recepi ne deesset exemplum scripturae Philocalianae spectans ad cryptam martyris a Damaso celebrati (37)

39*

Quinque fragmenta 'd'una monumentale iscrizione in grandi lettere del vero e proprio tipo damasiano' rep. in crypta Hippolyti

· · · VS PV · · · · RD̄ AP · · · FRA · · ·
· · · CONV · · · ·

Rossi Bull. crist. 1882 p. 68. cf. adn. 38

40

Fam]a refert sanctos dudum retulisse parentes
Ag]neh, cum lugubres cantus tuba concrepuisset,
n]utricis gremium subito liquisse puellam,
sponte trucis calcasse minas rabiemq(ue) tyranni.

urere cum flammis uoluisset nobile corpus,
uirib(us) inmensum paruis superasse timorem,
nudaque profusum crinem per membra dedisse,
ne domini templum facies peritura uideret.
o ueneranda mihi, sanctum decus, alma, pudoris,
ut Damasi precib(us) faueas precor, inclyta martyr.

Carmen litteris Philocalianis marmori incisum extat in ecclesia s. Agnetis uia Nomentana, ubi recognoui (u. tab. n. I). legitur in multis codicibus maxime Prudentianis, coniunctum fere cum Constantinae de eadem martyre acrostichide (infra n. 84). ediderunt praeter alios Fabricius p. 772 (e cod. aliquo), Sarazani n. 2, Riuinus n. 10, Marangoni Acta s. Victorini p. 137 (qui lapidem detexit), Merenda n. 29, Murat. thes. inscr. 1823, 4 (cui misit Alexander Capponius; inde Mazochius III p. 909 sqq., qui commentario instruxit), Perez p. 54 in tab. n. II aeri incisum (inde adscriptis diuersorum codicum lectionibus Faustinus Areualus ad Prudent. peristeph. XIV 133, Migne LX p. 591), Armellini Il cimitero di s. Agnese sulla via Nomentana (Romae 1880) p. 39 c. tab. XVI, ThRoller Les catacombes de Rome II p. 72 tab. LXI n. 1 (ad exemplum quod extat in museo Lateranensi, class. III n. 1 = Rossi Mus. Pio-Lat. tab. III), Wilpert Die gottgeweihten Jungfrauen in den ersten Jahrhunderten der Kirche p. 90 tab. IV 9 (ad lapidem). uarias codicum lectiones omitto. Agnetis martyrium enarrant Ambrosius de uirginibus I 2 et Prudentius perist. XIV, quem carmen Damasianum legisse adsentior Eberto (Geschichte der christl. lat. Litteratur[2] p. 267) contra Manitium (Gesch. der christl. lat. Poesie p. 95) cf. adn. uu. 4 et 10. ad eandem Agnetis basilicam ab Honorio I (a. 627—638) restitutam ornatamque pertinent carmina e syllogis antiquioribus edita a Rossio IChr. II p. 63 n. 5:

Inclita uota suis adquirunt praemia laudis,
dum perfecta micant mente fide meritis.
uirginis hoc Agn(a)e clauduntur membra sepulchro,
quae incorrupta tamen uita sepulta tenet.
hoc opus argento construxit Honorius amplo
martyris et sanctae uirginis ob meritum.

p. 63 n. 6 (cf. p. 89, 43 p. 104, 37 p. 137, 18 p. 249, 18):

uirginis aula micat uariis decorata metallis,
sed plus namque nitet meritis fulgentior amplis.

quibus addendum carmen operi musiuo apsidis inscriptum, quod

adhuc extat, Rossi l. c. p. 89 n. 42 p. 104 n. 36 p. 137 n. 17 p. 249 n. 19 (cf. Duchesne Lib. pontif. I p. 323. 325).

1 cf. 52 *iam dudum, quod fama refert, te Graecia misit,* 29 *percussor retulit Damaso* (u. adn.). idem exordium apud Val. Flacc. Argon. I 47, Ennod. carm. I 8 (p. 529 ed. Hartel.), similia apud Vergilium (Aen. III 121 *fama uolat*) Ouidium aliosque

2 Verg. Aen. IX 501 *at tuba terribilem sonitum procul aere canoro increpuit*, CIL X 1370 *cum tuba terribili sonitu concusserit orbem.* de *lŭgubres* mensura u. adn. 10,15. 4 Prudent. perist. XIV 21 *tum trux tyrannus,* 112 *haec calcat Agnes, haec pede proterit.* clausula *rabiemque ferarum* 2,19 5 Verg. Aen. II 37 *subiectis urere flammis,* cf. Georg. I 85. *nobile corpus* redit exitus 17 7 *profusum* prima syllaba producta, ut *prōfundum* 2,17. LMueller de re metr. p. 363 8 i. e. ne corpus nudatum uideret, cf. Paul. ep. ad Cor. I 3, 16sq. 6, 19sq. II 6, 16

9 *sanctus pudor* 10 10 fere idem est 52,5; cf. adn. 30,5. *inclyta martyr* in lapide est, *uirgo* pro *martyr* codd. nonnulli Saraz. Merenda. *inclyte martyr* 52,5. cf. clausulas Vergilianas quales sunt *incluta Roma, inclute Mauors* Aen. VI 781 XII 179; *incluta uirgo* CIL X 3796. Prudent. perist. XIV 1sq. *Agnes sepulcrum est Romulea in domo fortis puellae, martyris inclitae*

41*

Discite quid meriti praestet pro rege feriri:
femina non timuit gladium, cum natis obiuit,
confessa Christum meruit per saecula nomen.

Elogium s. Felicitatis sepultae uia Salaria noua (Rossi Roma sott. I p. 176, Bull. crist. 1873 p. 6) extat in P, L (bis), V, Rossi IChr. II p. 88, 35 p. 102, 24 p. 116, 93 p. 136, 12. ex L Gruterus 1171, 10 sumpsit, ab hoc Merenda append. n. III. Damaso tribuit Rossius, quem secuti sunt Kraus p. 537, IFuehrer Ein Beitrag zur Loesung der Felicitasfrage (Freising 1890) p. 71, Kuenstle Hagiographische Studien über die Passio Felicitatis cum VII filiis (Paderborn 1894) p. 90, Amend p. 35 n. III, non idoneis de causis (Mus. Rhen. L p. 203)

Epitaph. scē Felicitatis inscribit V 1 *recta* pro *rege* V 2 *gladio* P. *natis* quod codd. habent omnes prosodia foede neglecta, uidetur retinendum esse, ut intelleganter septem martyris filii; *natus* Gruterus edidit parum probabiliter, etsi interpretari possis de Silano uno de septem filiis una cum matre sepulto, ut testantur topographi medii aeui apud Rossium Roma sott. I p. 142. 176. 177 (*iuxta uiam Salariam ecclesia*

sanctae Felicitatis, ubi ipsa iacet corpore, ibi et Sillanus filius eius unus de VII est sepultus, haec in codice Salisburgensi). *obibit* codd. L et V nescio an in lapide fuerit 3 *confessā* offenderet, si Damasianum esset; cf. 7 *confessus Christum,* 43 *confessi Christum*, dictio in christianis haud infrequens, quod idem dicendum est de clausula *per saecula nomen,* cf. 57. 64. 80. 85. 93. 98

42

Sanctorum, quicumque legis, uenerare sepulchrum.
nomina nec numerum potuit retinere uetustas.
ornauit Damasus tumulum, cognoscite, rector,
pro reditu cleri Christo praestante triumphans
martyribus sanctis reddit sua uota sacerdos.

Laudantur martyres ignoti sepulti teste V *in ecclesia ss. Chrysanti et Dariae* uia Salaria noua. exhibent praeterea P (bis), L, H, omnium pessime P, optime L, cuius exemplum expresserunt Grut. 1171, 3, Baronius a. 367, Sarazani n. 22, Riuinus n. 23, Merenda n. 16, Mai Script. uet. V p. 414, 1, Rossi IChr. II p. 100, 17; reliqua apographa apud Rossium l. c. p. 84, 30 p. 87, 31e p. 121, 9 p. 135, 9

1 *sepulchrum* L, *sepulchra* PHV ‖ 2 *nomen an et numerum puit* P n. 30 ‖ 3 *orauit* P n. 31e | *damnasus* P n. 30 | *tumulo cognuscite* P n. 30, *tumulus cognoscere* P n. 31e | *rector* PL, *doctos* (i. e. *doctor*) H, *rogo* V ‖ 4 *celeri* PH ‖ 5 *reddidit* P, *redditi* H

Ad u. 1 *uenerare sepulchrum* clausula redit 27. 46, *quicumque legis* 14 2 Prud. Perist. XI 9 sqq. *sunt et muta tamen tacitas claudentia tumbas marmora, quae solum significant numerum. quanta uirum iaceant congestis corpora aceruis nosse licet, quorum nomina nulla legas.* clausula Vergili *ualet mutare uetustas* Aen. III 415 3 u. adn. 11, 7 et 7, 4 4 de hoc uersu u. Langen Geschichte der Roem. Kirche I p. 501. Vrsini adseclae tanguntur post tantas turbas Damaso reconciliati. cf. Verg. Aen. II 17 *uotum pro reditu simulant* 5 u. adn. 36. Ouid. Am. I 7, 36 *uotaque redde Ioui*

43

Tempore quo gladius secuit pia uiscera matris,
sexaginta duo capti feritate tyranni

extemplo ducibus missis tunc colla dedere.
confessi Christum superato principe mundi
aetheriam petiere domum regnaque piorum.

Fuit in coemeterio ss. Chrysanthi et Dariae uia Salaria noua, locum indicatum in V confirmant topographi (Rossi Roma sott. I p. 176. 177). ueterum apographa P(bis) L H V expressit Rossi IChr. II p. 84, 27 p. 87, 31b p. 101, 21 p. 121, 6 p. 136, 10. ex L Grut. 1171, 7, Riuinus n. 27, Merenda append. n. II. Damaso uidetur iuste tribui, etsi auctoris nomen deest

Item praemittit V, praecedit autem n. 42 ad eundem locum spectans ‖ 1 om. P ‖ 3 *exemplo* P n. 27 et V (cf. ad 18, 6) | *dederi* L, *deberi* V ‖ 4 *confessi χp̄ō* P n. 27, *confes χp̄m̄* P n. 31b ‖ 5 *aet heream* P n. 31b, *aethaęriam* L, *aethereum* H | *regnumque* Grut. perperam

Ad u. 1 redit 13. 30. 37. 46   2 de *sexagintă* u. adn. 33,13; *duo* producta ultima iuuante caesura ut ap. Iuuenc. IV 667 aliosque christianos, LMueller de re metr. p. 341. cf. Prud. Perist. XI 13 sq. *sexaginta illic defossas mole sub una relliquias memini me didicisse hominum.* idem uersus exitus 18. 48   3 *militibus missis* 13, *tunc colla dedere* 13. 17, *tunc colla secaret* 29   4 *confessus Christum* 7, *confessa Christum* 41*. *contempto principe mundi* 7. 30. 47   5 u. adn. 1,12 et 23, 5

44

Martyris hic Mauri tumulus pia membra retentat,
quem Damasus rector longo post tempore plebis
ornauit supplex, cultu meliore decorans
insontem puerum, cui poena nulla †deiecti.

Maurus puer martyr in coemeterio ss. Chrysanthi et Dariae uia Salaria sepulcrum habuit (u. topogr. ap. Rossium Roma sott. I p. 176. 177). elogium seruauerunt P (bis), L, H, V, Rossi IChr. II p. 84,28 p. 87, 31c p. 100, 15 p. 121, 7 p. 137, 16. exemplum L dant Grut. 1171, 1, Baronius a. 384, Sarazani n. 21, Riuinus n. 21, Merenda n. 21, Mai Scr. uet. V p. 392, 4

Epitaphium sancti Mauri m̃r V ‖ 1 *mazri* P n. 28, *matri* P n. 31c, om. H | *m̄ bra tentat* P n. 31c ‖ 2 *QQuedam ausus raector* H (*que* P n. 28, *Q̄* P n. 31c) | *pos* P n. 31c ‖ 3 *meliorae* P n. 28, *meliora* P n. 31c ‖ 4 *puero* P | *pena* et *pona* P | *delicti* P n. 28 et H, *delecta* P n. 31c, *deiecti* L, totum uersum om. V

Ad u. 1 cf. 31 *martyris hic tumulus ... Gorgonium retinet,* 23 *tumulus retinet caelestia membra,* 46 *pia membra,* 49 *membra piorum* 2 Damasus *rector plebis* u. adn. 5,4. *longo post tempore* Vergilianum Ecl. I 30. 67 Aen. VI 409 3 cf. 42 *ornauit Damasus tumulum* (adn. 11,7). *sumptu* pro *supplex* Riuinus perperam, cf. adn. 36. sed *decōrans* num Damaso tribui possit dubito, fortasse transponendum *cultu decorans meliore* (*decŏrat* 20*) 4 cf. 86 b *insontes pueros*, adn. 11,1. uersus in fine corruptus est offenditque in *poena* ultima producta, cuius licentiae exemplum Damasianum alterum non extat. temptauerunt *cum poena nec ulla dei esset* Riuinus pessime, *cui poena nulla defecit* et *quem poena nulla deiecit* Rossius, neutrum bene. cogitaui de *cui poena est nulla relicta* (Mus. Rhen. L p. 202). Buecheler carmen non integrum esse ratus proponit *poena n*[*ec*] *ulla delicti* ...

45

[beatissi]morum martyrum cultor Damasus episcopus seruus dei

Fragmentum tituli, non uni sed pluribus martyribus dedicati extat in L coniunctum cum Damasi elogio Saturnini (n. 46), a quo separauit Rossi IChr. II p. 103 n. 34. idem initium emendauit *beatissimorum* (siue *sanctissimorum*) (HORVM Grut. 1172, 2, *piorum* Riuinus n. 41, *Morum* in codice). lemma praemissum SC̄I SATVRNINI ad carmen 46 pertinet. de martyribus ad s. Saturnini uia Salaria noua sepultis consulendi sunt topographi apud Rossium Roma sott. I p. 176 sq. uix pars est tituli ss. Chrysantho et Dariae consecrati, quos carmine celebrasse Damasum testatur Greg. Tur. de gloria mart. I 37 (p. 512 ed. Krusch, Monum. German. Scr. Merouing. I) *post multum uero temporis cognoscens hoc factum Damasus antistes sanctae sedis apostolicae iussit diligentius operire fenestram, ubi et uersibus decorauit locum. et ibi benedicitur dominus noster Iesus Christus ad laudem nominis sui usque in hodiernum diem.* accedit alterum testimonium e litteris quibusdam (cod. Wirceburg. saec. IX, DeWaal Roemische Quartalschrift I 1887 p. 161—172), quibus de ossibus ss. Chrysanthi et Dariae agitur translatis in Monasterium Eifliense (Muenstereifel) e crypta suburbana 'ubi tumulus sanctorum martirum a beato Damaso rotundis litteris inscriptus erat' (cf. Acta SS. XI Oct. p. 448. 460). num iste lapis Damasi fuerit archetypus licet dubitari; certe carmen ab editoribus inter Damasiana receptum '*hic uotis paribus*' e. q. s.

Damasianum non est (uide infra in appendice n. 87 c. adnot.). Damasiani elogii de ss. Chrysantho et Daria uestigia certa non adsunt

46

Incola nunc Christi, fuerat Carthaginis ante,
tempore quo gladius secuit pia uiscera matris,
sanguine mutauit patriam nomenque genusque;
Romanúm ciuem sanctorum fecit origo.
mira fides rerum: docuit post exitus ingens.
cum lacerat pia membra, fremit Gratianus ut hostis,
posteaquam fellis uomuit concepta uenena,
cogere non potuit Christum te, sancte, negare;
ipse tuis precibus meruit confessus abire.
supplicis haec Damasi uox est: uenerare sepulchrum.
⟨soluere uota licet castasque effundere preces,
sancti Saturnini tumulus quia martyris hic est.⟩
[Saturnine tibi martyr mea uota rependo.]

S. Saturninum uia Salaria noua sepultum fuisse topographi medii aeui testantur (Rossi Roma sott. I p. 176. 177, cf. Bull. crist. 1873 p. 6 sqq. et Mart. Hieron. IIII Kal. Dec.). elogium seruauerunt P et L, hic melius, IChr. II p. 87, 32 p. 103, 34a (u. 1 etiam in L p. 116 n. 91a). ex L Grut. 1172, 2, Baronius a. 384, Sarazani n. 25, Riuinus n. 41, Merenda n. 20, Mai Scr. uet. V p. 403, 8 (cf. n. 45). cf. Germano di S. Stanislao La casa celimontana dei ss. Giovanni e Paolo (Romae 1894) p. 475

1 om. Baronius Sarazani Merenda. in P traditur *famula nunc Christi fuerat Cartaginis annus,* in L p. 103 *Ola nunc Christi fuerat Chartacinis an,* p. 116 *Nunc Christi fuerat chartaginis anus.* emendauit fere Terribilinius in add. ad Merendae edit. p. 8 conlato 52,4 ‖ 3 *patria* P | *nomenque* P, *namque* L, *uitamque* Baronius | *genuque* P ‖ 4 *ciuemque sc̄o suā* P ‖ 5 *rerum* om. P, *uerum* Riuinus ‖ 6 *fremet gratia ut hostes* P ‖ 7 *uenenum* P ‖ 8 *χpm ut quoque negaret* P ‖ 10 *nox* P | *sepultos* P ‖ 11 *oluere* L | *castas* P ‖ 12 om. P

Ad u. 1 *incola nunc domini* 52,4. Paulin. Nol. in epigrammate quod epist. XXXII 5 insertum legitur (p. 279 ed. Hartel) *corpore mente fide castissimus incola Christi*; eadem clausula

Buecheler Anth. ep. n. 787, 48   2 redit 13. 30. 37. 43   3 cf. 52 *sanguine mutasti patriam, ciuemque fratrem fecit amor legis* (u. adn.)   5 post hunc uersum lacunam statuit Rossius ita fere explendam *martyre in inuicto posset quid gloria Christi,* at nihil desideratur. formula *mira fides rerum* redit 2,11 et 8,4; *docuit post exitus ingens* hemistichium Vergili Aen. V 523, cf. Paul. Nol. carm. XXI 423 *docuit rerum post exitus ingens,* XXII 90 *docet exitus ingens*   6 *cum lacerat* idem exordium 2, 5. Gratianum iudicem eum esse posse, qui praefectura urbis anno 290 functus sit (CIL VI 1128 c. add. p. 845), adnotauit Rossius   7 de *posteaquam* u. adn. 29,8. *concepta uenena* in Anthol. Riesii 4, 51, cf. Verg. Aen. XII 857 *felle ueneni*   8 *Christum qui in pace negauit* 48,5   9 *sic noster meruit confessus martyr ut esset* 37,7   10 u. adn. 36. *uenerare sepulchrum* clausula redit 27 et 42, cf. 12 *ueneranda sepulchra*   11. 12 et argumenti causa et propter foedissima peccata *prēces* (cf. Ouid. Her. VI 73 *adde preces castas*) *sanctĭ Săturnini* ab hoc carmine alienos esse dixi Mus. Rhen. L p. 202, ibidemque monui substituendum esse uersum, quem codex V (u. infra 88) suppeditat, Damasianam originem prae se ferentem (cf. 61 *uersibus his Damasus supplex tibi uota rependo*). qui nisi ultro se offerret, nihil post *uenerare sepulchrum* deesse putauerim, quippe cum simili uersu claudatur carmen 27 *expressit Damasus meritum: uenerare sepulchrum.* at desideratur quodammodo martyris nomen

47

Cultores domini Felix pariterque Philippus
hinc uirtute pares contempto principe mundi
aeternam petiere domum regnaque piorum,
sanguine quod proprio Christi meruere coronas.
his Damasus supplex uoluit sua reddere uota.

De Felicis et Philippi duorum, ut uulgo putant, de septem Felicitatis filiorum (Acta SS. III Iul. p. 5 sqq.) sepulchro uia Salaria noua sito uide Rossium Roma sott. I p. 176. 177 et Bull. crist. 1884—1885 p. 155, 1890 p. 111. elogium extat in syllogis T et V, unde edidit Rossi Bull. crist. 1880 p. 44 et IChr. II p. 62, 3 p. 138, 24; e cod. Claustroneob. Marinius ap. Maium Scr. uet. V p. 34,2, e codicis Virdunensis apographo Mabilloniano (cod. Paris. 11902) Le Blant Inscr. chrét. de la Gaule praef. p. CXXXIV. cf. Wilpert Roem. Quartalschrift II

p. 14, IFuehrer Ein Beitrag zur Loesung der Felicitasfrage p. 97. qui in codicibus praemissi sunt uersus quinque infra dedi in appendice n. 91

1 *martyrum cultor* Damasus 45, *Damasi papae cultor atque amator* Philocalus 18. cf. Ven. Fort. I 9, 1 *cultores domini* 2 *contempto principe mundi* redit 7 et 30, *superato principe mundi* 43 3 *eternumque* T. cf. 23,5 *aetherias petiere domos regnaque piorum,* similia 26. 43. 53. de *regnaque* (*regnumque* Le Blant) u. adn. 1, 12 4 cf. 49 *meruit .... prior ille coronam.* Verg. Aen. V 355 *primam merui qui laude coronam,* CIL VIII 8631 (= Buecheler Anthol. epigr. n. 317) *praemia uictores Cristi meruere coronam* 5 *reddit sua uota sacerdos* 42. cf. adn. 36

48

Veridicus rector lapsos quia crimina flere
praedixit, miseris fuit omnibus hostis amarus.
hinc furor, hinc odium sequitur, discordia, lites,
seditio, caedes, soluuntur foedera pacis.
crimen ob alterius Christum qui in pace negauit,
finibus expulsus patriae est feritate tyranni.
haec breuiter Damasus uoluit comperta referre,
Marcelli ut populus meritum cognoscere possit.

Marcellus pontifex, qui sedit ab a. 308 ad 309, in coemeterio Priscillae sepultus erat uia Salaria noua (Mart. Hieron. XVII Kal. Febr. Lib. pontif. I p. 164. Rossi Roma sott. I p. 176). eius elogium seruauerunt TLV, Rossi IChr. II p. 62, 4 p. 103, 35 p. 138, 22. a Grutero (1172, 3 ex L) editores pendent: Baronius n. 309, Sarazani n. 26, Riuinus n. 31, Merenda n. 11. cf. Acta SS. II Ian. p. 9, Rossi Roma sott. II p. 204 sq. RALipsius Chronologie der roem. Bischoefe p. 248 sqq., Kraus p. 188, Langen Geschichte der roem. Kirche p. 379, Duchesne Lib. pontif. I p. 166. eiusdem fere argumenti epitaphium est Eusebii 18, quod confer

Inscribunt *sci Marcelli mar* L, *epitaphium Marcelli pp* V || 1 *carmina fleri* V || 2 *istis* pro *hostis* V || 4 *cęde* V || 7 *hic* T || 8 *ut* suprascr. V, om. TL | *compescere* cod. Goettw. | *possit* codd., *posset* editores secuti Gruterum

Ad u. 1 cf. 18,2 *Heraclius uetuit labsos peccata dolere, Eusebius miseros docuit sua crimina flere.* abicienda igitur Cou-

stantii coniectura *lapsus* (genet.), quam probauit Gallandi VI p. 347 2 *hostis amare* initium Vergili Aen. X 898 (= Paulin. Nol. XXIII 75) 3 *hinc — hinc,* u. adn. 57, 1. *discordia lites, seditio caedes* item in 18, cf. Paul. Nol. VI 244 *hinc odia, hinc lites, hinc fraus, hinc liuor et ira* 4 cf. 18, 7 5 *cogere non potuit Christum te sancte negare* 46,8 6 Verg. Aen. I 620 *finibus expulsum patriis.* supra 18 *pulsi feritate tyranni,* 43 *capti feritate tyranni.* tyrannum Maxentium intellege, Duchesne Lib. pont. I p. 164. 166 7 *uersibus his breuiter . . . Damasus uolui monstrare triumphos* 2,25, *haec audita refert Damasus* 37,8, *haec Damasus . . . referat* 26,7 8 *ne tumulum uestrum quisquam cognoscere posset* 29; *cognoscere* eadem uersus sede 1,6. 2,6. 26,1

49

Extremo tumulus latui[t sub aggere montis.
hunc Damasus monstrat, [seruat quod membra piorum.
te Protum retinet mel[ior sibi regia caeli,
sanguine purpureo se[queris, Hyacinthe, probatus.
germani fratres, anim[is ingentibus ambo,
hic uictor meruit pal[mam, prior ille coronam.

Protus et Hyacinthus martyres in coemeterio Hermetis uia Pinciana sepulti erant (Mart. Hieron. III id. Sept. Rossi Roma sott. I p. 176. 177). elogii dimidia fere pars extat in ecclesia ss. Quattuor Coronatorum, ubi recognoui; fragmina alia minuta nuper e coemeterio illo in lucem rediisse dicuntur, Roem. Quartalschrift 1894 p. 140, Bull. crist. 1894 p. 112. 119. integrum seruauerunt E et L, Rossi IChr. II p. 30, 72 (= CIL VI 1 p. XIV n. 67) et p. 104, 41. ediderunt praeterea Grut. 1179, 9 (ex L), Baronius n. 384, Sarazani n. 27, Riuinus n. 32 (e Grut.), Merenda n. 26, Perez p. 54 in tab. n. IV aeri incis., Mai Script. uet. V p. 400, 3, Buecheler Anthol. epigr. n. 305. de iisdem martyribus infra sunt carmina 96 et 97

Lemma *in uia Pincia in sepulchro Proti martyris* praefigit E ‖ 2 *qui* in lapide recenter insculpto (Perez), quam lectionem praefert Gallandi VI p. 349 iniuria | *rorum* pro *piorum* L ‖ 3 *tibi regia coeli* in lapide recenter scripto (Perez) ‖ 4 *yiacinthe* E, *yacincte* L, *hiacinte* lapis nouicius

Ad u. 1 haereo cum Perezio p. 58 in *sub* producta, sed *sub-nuc* ne recte quidem habere puto (*super* Riuinus male). supra

est 31 *martyris hic tumulus magno sub uertice montis.* cf. Verg. Aen. V 44 *tumulique ex aggere fatur,* VII 6 *aggere composito tumuli* 2 cf. 44 *tumulus pia membra retentat* 3 *Gorgonium retinet* 31. u. adn. 10, 11 4 cf. 58* *sanguine purpureo mercantes praemia uitae*; Verg. Aen. IX 347 *purpuream uomit ille animam et cum sanguine mixta uina refert moriens*; Stat. Silu. II 1, 41 *purpureo suffusus sanguine.* YACINTHE Philocalum insculpsisse, quod mauult Buechelerus conl. Gramm. Lat. VII p. 23. 81 (Keil), non adfirmare ausim, quamquam martyris loculo inscriptum erat YACINTHVS MARTYR (Rossi IChr. II p. 31 ad n. 73). in titulis gentilibus scriptura uariat, ita tamen ut superet legitima *Hyacinthus* (u. indices CIL), epigramma Symmachianum (infra n. 97) *Hiacynthe* praebet, marmor aetatis fere Damasianae n. 96 *Yachinti.* in *sequeris* producta ultima Manitium Mus. Rhen. XLV p. 316 offendere miror (Verg. Ecl. VI 53 Aen. XI 69) 5 Verg. Aen. XI 291 *ambo animis, ambo insignes praestantibus armis, hic pietate prior*, XI 641 *ingentemque animis, ingentem corpore et armis*, Georg. IV 83 *ingentis animos* 6 Aen. V 70 *meritaeque expectent praemia palmae.* cf. 47, 4 c. adn.


50*

Fragmenta duo marmorea litterarum specie Philocaliana inscripta prodierunt inter rudera basilicae s. Valentini ad uiam Flaminiam. seruantur in martyris coemeterio

a



b



Descripsi. Horatius Marucchi Roem. Quartalschr. IV 1890 p. 151 et in libro cui inscribitur 'Il cimitero e la basilica di s. Valentino e guida archeologica della via Flaminia', Romae 1890 c. IV tabb. p. 120 (cf. Roem. Quart. IV p. 76. Bull. crist. 1890 p. 7. 21)

In *b* exitus uersuum agnoscit editor Romanus latere posse ratus formulam Damasianam [*supplex tibi uota repen*]*do*

Addo aliud fragmentum ibidem repertum litteris Damasianas quodammodo imitantibus exaratum



cf. Marucchi Roem. Quartalschr. IV p. 151, Il cimitero di s. Valentino p. 121. — Latetne temporis nota?

51*

Fragmentum marmoreum rep. 'via Acqua acetosa', extat in coemeterio s. Valentini ad uiam Flaminiam

BEATIS|*simo* . . . . . .
PRESBY|*tero* . . . . . .

Descripsi. Marucchi Bull. crist. 1888—89 p. 78, Roem. Quartalschrift II p. 290. III p. 337 (cf. IV 151), Il cimitero di s. Valentino p. 121. litterae sunt elegantes speciem artis Philocalianae prae se ferentes, sed, ut mihi uisum est, non proprie Damasianae (offendit uel forma A litterae). quam ob rem uereor ne audacius suppleuerit editor *beatis*[*simo martyri Valentino*] *presby*[*tero Damasus episcopus fecit*]

52

Iam dudum, quod fama refert, te Graecia misit;
sanguine mutasti patriam: †ciuemque fratrem
fecit amor legis. sancto pro nomine passus,
incola nunc domini, seruas qui altaria Christi,
ut Damasi precibus faueas, precor, inclyte martyr.

Ex L, qui solus seruauit loco non indicato, ediderunt Grut. 1173, 10 (inde Sarazani n. 32, Riuinus n. 42, Merenda

n. 22), Marinius ap. Maium Scr. uet. V p. 31,4, Rossi IChr. II p. 108, 57. Terribilinius (in add. ad Mer. p. 8 sq.) s. Hermeti uia Salaria uetere sepulto tribuit, quia in codice sequitur titulus ex eodem coemeterio (infra n. 96), Rossius propter epigrammata praecedentia et ea quae secuntur inde a n. 59 sedem tituli inter uias Appiam et Latinam potius quaerendam esse existimat, fortasse rectius

1 *fama refert* 40; *confessores sancti quos Graecia misit* 12 (sepulti uia Appia in coemeterio Callisti), *olim sacrilegam quam misit Graecia turbam* 78 (uia Appia) 2 cf. 46 de Saturnino *sanguine mutauit patriam nomenque genusque*; Paul. Nol. carm. XV 62 *mutauit patrias externo caespite terras,* XXI 448 *mutasti patriam,* CIL V p. 705, 2 *mutasti patriam linquens consortia nostra.* *ciuemquē fratrem* aut *ciuemquĕ* dissolutis uocalibus Damasum scripsisse uix credi potest; *ciuemque per astra* Riuinus proposuit audacius nec bene, *ciuem quoque fratrem* uel *ciuemque fratremque* Sarazani, illud non apte, hoc pessime probante Rossio. ueram huius uocis prosodiam habes 1. 3. 7. 9. 49. 59. fortasse spondiacus restituendus Damaso talis *ciuem fratremque* (cf. 46,4 *Romanum ciuem sanctorum fecit origo,* 26 *discipulos oriens misit . . . Roma suos potius meruit defendere ciues*), sed magis adridet Buecheleri coniectura *fatemur* pro *fratrem* (ἐν παρενθέσει ut solet Damasus) 3 *sancto pro nomine passus,* similia in Christianis saepius, u. adn. 58* 4 cf. adn. 46,1 et 12,5 5 *foueas* L, em. Grut. cf. 30,5 et 40,10 c. adnot.

53

Quid loquar aut sileam? prohibet dolor ipse fateri.
hic tumulus lacrimas retinet, cognosce, parentu(m)
Proiectae, fuerat primo quae iuncta marito,
pulcra decore suo, solo contenta pudore,
heu dilecta satis miserae genetricis amore.
accipe — quid multis? — thalami post foedera prima
erepta ex oculis Flori genitoris abiit
aetheriam cupiens caeli conscendere lucem.
haec Damasus prestat cunctis solacia fletus.

uixit ann(os) XVI, m(enses) IX, dies XXV. dep(osita)
III kal. Ian. Fl. Merobaude et Fl. Saturnin(o) conss.

Recognoui carmen tabulae marmoreae litteris Philocalianis inscriptum in museo Lateranensi (class. VI). fuit olim in basilica s. Martini in Esquilino auecta, ut uidetur, e suburbano aliquo coemeterio, deinde in bibliotheca Vaticana. Baronius a. 383, Sarazani n. 13 (ad lapid.), Riuinus n. 13 (e Baronio), Merenda n. 32, Perez p. 54 in tab. n. V (aeri incis.), Rossi Mus. Pio-Lat. tab. VI et commentario instructum IChr. I p. 145 n. 329, Roller Les catacombes de Rome II p. 86 tab. LXII n. 8, Buecheler Anthol. epigr. n. 670

1 hemistichium prius formatum ad Verg. Ecl. VI 74 *quid loquar aut Scyllam* iuuante altera formula Vergiliana *eloquar an sileam* Aen. III 39. cf. Ouid. Met. XI 708 *plura dolor prohibet* 2 *hic tumulus retinet caelestia membra* 23, *hic tumulus .... Gorgonium retinet* 31. de *cognosce* u. adn. 7, 4. in lapide scriptum est PARENTV̄, cf. 8, 4 3 Proiecta femina nobilis ignota Flori religiosi hominis filia, de quo u. ad u. 7. clausula *iuncta marito* apud Stat. Silu. I 2, 189, cf. Catull. 64, 374 *nupta marito,* 62, 54 *coniuncta marito,* Ouid. Met. VI 634 4 Catull. 111, 1 *uiro contentam uiuere solo,* Verg. Aen. XI 582 *sola contenta Diana,* Ouid. Her. V 9 *contenta marito.* in sarcophago Vesontione rep. *solo contenta marito* Rev. archéol. 1890 Ian. p. 32 = Buecheler Anthol. epigr. n. 455 (cf. n. 643). Dracontiana comparat Amend p. 11 5 Verg. Aen. I 344 *et magno miserae dilectus amore,* X 788 clausula *genitoris amore* 6 *quid multis, ne multis* talia apud Ciceronem aliosque frequentia. cf. Ouid. Met. VII 403 *thalami quoque foedere iungit* 7 Verg. Aen. I 88 *eripiunt ... ex oculis,* Ouid. Met. VII 776 et Heroid. X 43 *oculis ereptus.* Florum Terribilinius (in add. ad Merendae edit. p. 9. 10) et Rossius eum esse probabiliter coniciunt, quem Liberalis martyris (*qui quondam in terris consul honore fuit*) sepulcrum renouasse et exornasse testantur epigrammata e codice Palatino edita a Grutero (1171, 9. 1172, 6) et Rossio IChr. II p. 101 n. 23 (uu. 9 et 10 *obtulit haec domino componens atria Florus ut sanctos uenerans praemia iusta ferat,* in cod. prima manu *floris,* altera *florus*) et p. 104 n. 38 (uu. 7 sq. *sit precor acceptum quod post dispendia belli in melius Florus restituit famulus*); cf. etiam Bull. crist. 1894 p. 37 sq., Roem. Quartalschr. 1894 p. 141. ABIIT lapis pro *abiuit,* sic *subiit* producta altera pronuntiandum in epitaphio Africano Ephem. epigr. V 1049, cf. Buecheler Anth. epigr. ad 520, 6 8 Iuuenc. II 195 *aetheriam liber conscendet in aulam,* III 400 *quisque cupit celsam caeli conscendere sedem,* Prud. Perist. VIII 7 *qui cupit aeternum caeli conscendere regnum*; cf. adn. 16 9 Vergili clausula *solacia luctus* Aen. XI 62. cf. Ouid. Art. am. II 603, Dracont. de deo III 49, Carm. de Philomela ap. Baehrens PLM V p. 363 *noctis solacia praestans* et infra adn. 107,9 10 consules sunt anni 383

54



Fragmentum litteris Philocalianis rep. a. 1872 ad ecclesiam s. Laurentii in Lucina edidit Rossi Bull. della commiss. archeol. di Roma 1873 p. 52 tab. II 2 et Bull. crist. 1873 p. 34 tab. III 3 (cf. 1872 p. 122 et Roem. Quartalschr. 1889 p. 316)

Nihil iuuat supplementa adscribere qualia sunt *Christ*]*o pra*[*estante* (cf. 42, 4) et *p*]*res*[*byter*

55

Haeç Damasus tibi, Christe deus, noua tecta dicaui
Laurenti saeptus martyris auxilio.

Solus seruauit cod. V, ubi adnotatum est uersiculos istos extare 'ad ecclesiam sancti Laurentii in Damaso, quae alio nomine appellatur in prasino, in illo throno'. Rossi IChr. II p. 134 n. 5 (cf. adn. ad n. 6). Armellini Le chiese di Roma p. 312. Duchesne Lib. pontif. I p. 214

1 cf. 57, 5 *uolui noua condere tecta* 2 *saepius* cod., em. Rossi

56*

Cunctis porta patet, quis porrigit ubera mater.

Monostichum 'in limine superiore portae ecclesiae s. Laurentii in Damaso' scriptum fuisse Iohannes Dondius tradit in itinere Romano (cod. Venet. Marc. lat. XIV 223 saec. XIV, cf. Henzen CIL VI 1 p. XXVII Rossi IChr. II p. 329). Rossi, qui edidit IChr. II p. 332 n. 5, Damaso dignum censet

quis] traditur *ouis*, em. Rossi. de forma *quis* uide adnot. ad 12, 9. clausula Vergili *ab ubere matris* Georg. III 187

57

Hinc pater exceptor, lector, leuita, sacerdos,
creuerat hinc meritis quoniam melioribus actis,
hinc mihi prouecto Christus, cui summa potestas,
sedis apostolicae uoluit concedere honorem.
archiuis, fateor, uolui noua condere tecta,
addere praeterea dextra laeuaque columnas,
quae Damasi teneant proprium per saecula nomen.

Fuit in ecclesia s. Laurentii in Damaso iuxta theatrum Pompei. integrum extat in L, mutilum charta lacerata in V, Rossi IChr. II p. 135, 7 p. 151, 23. a Grutero (1164, 1) pendent Baronius n. 384, Sarazani n. 18, Riuinus n. 17, Merenda n. 35. cf. Piper Zeitschr. f. Kirchengeschichte I 1877 p. 221, MRade Damasus Bischof v. Rom p. 157, Duchesne Lib. pontif. I p. 213 (supra in testimoniis, u. adn.); Armellini Le chiese di Roma p. 312

Lemma praefigit *in ecclesia beati Laurentii martiris in qua requiescit sanctus Damasus papa* (scil. iam ab Hadriani I pontificis temporibus, qui sedit a. 772—795, teste Libro pontif. I p. 500) L, *isti uersiculi scripti sunt in introitu ecclesiae ipsius* (scil. s. Laurentii in Damaso) V (praecedunt nn. 55 et 101)

1 *Hinc pater* L, *Hinc puer* V; illud melius, cf. Rossi Bull. crist. 1881 p. 48 sq. 1883 p. 62 sq. 1884—1885 p. 25 sq. Studi e documenti V p. 335 (*hac pater* Merenda). conferri possunt initia Vergiliana *hinc* (*hic, at, sic, haec, ut*) *pater*, e. gr. Aen. XII 166 *hinc pater Aeneas*; Sil. It. III 597 *hinc pater*. bis uel saepius repetitum *hinc* apud Verg. Georg. II 514 sq. Aen. II 97 sq. cet. (cf. supra 48) 2 clausula *melioribus annis* 10,8 3 Verg. Aen. II 24 *huc se prouecti*, X 100 *cui prima potestas* 4 clausula Vergili Ecl. X 1 *concede laborem*. cf. 72,5 *auxit apostolicae geminatum sedis honorem* 5 *archibis* L, om. V. *arcubus haec* mauult Merenda non idonea de causa, cf. Bull. crist. 1884—1885 p. 26. cum clausula compara Verg. Aen. VII 393 *noua quaerere tecta*, X 35 *cur noua condere fata* 6 *dextra laeuaque* ap. Verg. VI 486. 656, Ouid. Met. I 171 aliosque 7 Verg. Aen. VI 235 *aeternumque tenet per saecula nomen*, u. adn. 41*,3

58*

Hanc aram domini seruant Paulusque Iohannes
martyrium Christi pariter pro nomine passi,
sanguine purpureo mercantes praemia uitae.

Carmen fortasse truncum codex Leidensis seruauit Voss. lat. Q 69 saec. IX f. 18′, unde in lucem reuocauit Rossius IChr. II p. 274 n. 5 adnotans ad monasterium et altare Iohannis Paulique in Vaticano pertinere sibi uideri auctoremque carminis Damasi stilum adfectasse. titulum ipsius Damasi esse et spectare ad aedes sepulcrumque Iohannis Paulique martyrum Caelimontanorum Germano probare conatus est Roem. Quartalschrift VI 1892 p. 59 sqq. (= Archaeologische Ehrengabe der Roem. Quartalschrift zu De Rossi's LXX. Geburtstage, Romae 1892, p. 59 sqq., La casa celimontana dei ss. martiri Giovanni e Paolo, Romae 1894, p. 349 sqq.) fretus fragmento lapidis in ipsis sanctorum aedibus inuento, in quo ueram litterarum Philocalianam formam agnoscere sibi uisus est. examinatis frustuli litteris uel potius litterarum trium NIS (u. 1 *do*-*mi*NI S*eruant*) residuis adsentior illi Philocaliani aliquid inesse neque tamen ex unius quae integra superest litterae I forma certum de origine iudicium quemquam facere posse existimo. litterae bonae sunt, sed maiores quam in reliquis Damasianis conspiciuntur. itaque cautius interim carmen inter pseudodamasiana reiciam, item ut Buecheler Anth. ep. n. 672, praesertim cum desit testimonium, quod grauissimum equidem puto esse, nomen auctoris. de stilo quid iudicari possit mox adnotabo

1 *Paulusque Iohannes* i. e. Iohannes Paulusque insolenter dictum ac uix Damasianum. *tumulum duo nomina seruant* infra 87, 1, *seruat* (uel *seruas*) *qui altaria Christi* Damasus 12. 31. 52. cf. Alcuini carm. LXXXVIII 16 (ed. Duemmler p. 311) *Iohannes Paulus pariter Laurentius atque conseruent aram hanc miserante deo; hic leuita fuit, illi sed sanguine fratres, martyrio toti regna beata tenent* 2 cf. 52 *sancto pro nomine passus.* talia in christianis saepius, in titulo Tarquiniensi Bull. crist. 1874 p. 94 *non obeunt isti passi pro nomine Christi,* in codice Palatino apud Rossium IChr. II p. 113, 79 (= Grut. 1175, 7) *pro Christi nomine passus obit,* in alio codice apud eundem p. 258,5 *dei magno pro nomine passi* 3 *purporeo* codex. cf. 49 *sanguine purpureo sequeris Hyacinthe probatus* cum adnot. *praemia uitae* clausula Damasi (2, 12. 13, 8) aliorumque

59

a

.. *IMAMCASTOSEMPER* ..
.. *ISREGNIREGIAE* ..
.. *STENVIT*FRATRES ..
.. *MACCI*PIETIVNGI ..

b

TFRATRESDO
PIETIVNGIT

c

.. VSGENER ..

d

.. OSVITLAV ..
.. SSAN TA ...

Fragmenta litteris Philocalianis inscripta, *a* Aldo Manutio saeculo XVI in pauimento ecclesiae ss. Cosmae et Damiani uisum, cod. Vatic. 5241 p. 244, *b c d* in eadem regione detecta, Rossi Bull. crist. 1888—1889 p. 141 sqq. 1890 p. 147 sq. (Armellini Cronachetta mensuale 1890 p. 155 sq.), Germano Roem. Quartalschrift VI p. 63 sqq. (= Archaeol. Ehrengabe zu De Rossi's LXX. Geburtstag p. 63 sqq., La casa celimontana p. 352 sqq.); Buecheler Anthol. epigr. n. 308. quae dantur litteris inclinatis iam desunt. carmen a fragmento *d* initium capere uidetur spatio supra litteras OSVIT LAV uacuo relicto maiore, nisi statuere mauis uersus in calce spatio aliquo interiecto incisos fuisse, quamquam eius generis alterum exemplum inter Damasiana non deprehenditur (cf. Rossi Bull. crist. 1890 p. 148). fragmenta cum ad locum ubi iacebant spectare non possint, quia basilica illa a Felice demum IV papa (a. 526—530) cultui christiano dedicata est (Lib. pont. I p. 279), carmini ss. Iohanni et Paulo Caelimontanis destinato, qui 'fratres' propter martyrii societatem appellati sunt, probabiliter tribuerunt editores Romani (cf. Mazochius Kal. Neapol. III p. 729)


Supplementa haec temptauerunt editores: fragm. *a* et *b* 1: .. *an*]*imam casto semper* [*pietatis amore*] Buecheler, plenius et incertius [*pro Christo sanguine fuso dant an*]*imam casto semper* [*seruatam amori*] Rossi, 2—4 [*caelest*]*is regni regi ae*[*terno famulati, quos terri*]*s tenuit fratres do*[*mus una fidesque, nunc caelu*]*m accipiet iungit*[*que in saecla coronis*] Rossi fragm. *c* [*inlustri Paul*]*us gener*[*e ortus itemque Iohannes*] Germano fragm. *d* 1 [*comp*]*osuit lau*[*des Damasus, cognoscite, rector*] Rossi (cf. 42 *ornauit Damasus tumulum, cognoscite, rector,* 5* *composuit Damasus,* 7 *composuit tumulum sanctorum limina adornans*; *fra-*

trum pro *rector* fortasse melius conlato 7, 4), 2 [*ut pleb*]*s san*[*c*]*ta* [*nouos discat celebrare patronos*] Rossi, cf. 21* *quaeris plebs sancta Redemptum,* 82 *plebs sancta canat*

59a

Fragmenta duo marmorea litteris pulchris Philocalianis inscripta in Caelio pone apsidem basilicae ss. Quattuor Coronatorum reperta, seruantur in museo archaeologico Caelimontano ('Magazzino archeologico')

a *b*




Delineaui fragmenta breuiter commemorata a Rossio Bull. crist. 1872 p. 161 1879 p. 81

In *a* latere potest martyris uel martyrii uox (cf. 58, 2); in *b* 1 [*p*]*assi* . . . ., 2 *mi*]*hi pra*[*emia* . . . (cf. clausulam Damasianam *praemia uitae* 2 et 13), 3 [*def*]*end*[*ere*] uel *rep*]*end*[*ere uota.* ultima littera propter hastam pinguiorem R (B, P), non M


60

Fragmenta quinque litteris Philocalianis in basilica s. Clementis inferiore rep. ibidem seruantur


a



b



c



d



e



Descripsi. memorat Rossius Bull. crist. 1870 p. 148 (cf. 1884 —1885 p. 13)

De supplementis desperandum est. fragmenta *a c d e* eandem litterarum formam exhibentia eiusdem tituli uidentur esse metrici, in *e* exitus hexametrorum agnosco (*propheta*?) Rossius haec: 'certo è soltanto che una almeno delle due epigrafi era metrica ed in uersi esametri. Laonde è sommamente probabile, che sì preziose reliquie spettino ad un damasiano elogio di s. Clemente'. fragmenti *b* paullo grandiores litterae sunt. alia fragmenta ibidem detecta aetatis Sirícianae idem describit l. c. p. 146 sqq. (cf. Bull. crist. 1867 p. 51. 56 Mus. Pio-Lat. p. 31 tab. II. Roller Les catacombes de Rome I tab. XXXI. Duchesne Lib. pontif. I p. 124). basilicam Clementis iam Hieronymus commemorat de uir. ill. 15 hisce uerbis *nominis eius memoriam usque hodie Romae extructa ecclesia custodit*

61

Corpore mente animo pariterque et nomine Felix,
sanctorum in numero Christi sociate triumphis,
qui ad te sollicite uenientibus omnia praestas
nec quemquam pateris tristem repedare uiantem:

te duce seruatus mortis quod uincula rupi
hostibus extinctis, fuerant qui falsa locuti,
uersibus his Damasus supplex tibi uota rependo.

Discimus hoc carmine Damasum uotum soluisse (u. ad u. 6) s. Felici Nolano eidem, quem Paulinus multis carminibus celebrat (cf. imprimis Paulini carm. XIV u. 55—70, ubi narratur confluxisse e tota Italia ipsaque Roma turbam ad celebrandum diem uiri sancti festum). Nolae igitur titulus positus est, non Romae in basilica Felicis in Pincis, quod e prioribus quidam uoluere. recensuit et inlustrauit Rossius IChr. II p. 190 sq. usus maxime sylloge epigraphica Nolana codicis Cluniacensis olim, nunc Parisini Nouv. acq. 1443 scripti saeculo IX (C) sumpta ex antiquiore codice Neapolitano (cf. Rossi l. c. p. 185). ex eadem uel simili sylloge Nolana carmen Felicianum excerptum legitur in codicibus Vaticano 5087 scripto manu Leonardi Sanuti anno 1446 Iadere et Oxoniensi Canoniciano (Script. eccl. lat. 223) maximam partem scripto 'Iadre a Ioanne monacho Tuibingensi' anno 1489 (cf. Rossi l. c. p. 186. 352. 353). accedit quartus codex Th (Rossi p. 247 n. 9) idem carmen ualde corruptum exhibens. primus edidit Fabricius p. 773 ex codice nobis ignoto, a quo pendent Baronius Martyrol. Roman. d. 14 Ian. (uu. 3—5), Sarazani n. 6, Riuinus n. 15, Merenda n. 15 (qui in notis lectiones cod. Vaticani 5087 profert), Bollandus Acta SS. I Ian. p. 940 aliique: hi omnes uersum 6 omittunt. alterum exemplum extabat in breuiario Nolano nunc deperdito, unde sumpserunt Bollandus Acta SS. II Febr. p. 22, Remondinius Histor. eccl. Nolanae I p. 575 (inde Marinius apud Maium Script. uet. V p. 34, 4 adhibito altero exemplo ex editionibus Sarazanii et Merendae) alii

'*Versus Damasii pape ad honorem sancti Felicis pape de falsi criminis purgatione et de salute sibi restituta in basilica eiusdem Felicis musio mirifico descripti*' notaui e cod. Vatic. 5087 f. 19 (de reliquis u. Rossium l. c. p. 190) ‖ 1 *amo* Th | *pariterque et nomine* CTh, *pariterque nomine* Vatic. et Oxon., *pariter quoque nomine* Breu. Nol., *pariter te nomine* Fabricius, *pariter de nomine* Saraz. Riuin. Merenda (cf. 7,1), *pariter tu nomine* Bibl. max. patr. V p. 636, *pariter re et nomine* Marinius secutus Caracciolum (ant. monum. eccl. Neap. cap. 2 p. 35) | *Magne* pro *Felix* Breu. Nol. (cf. Merenda p. 140, Rossi l. c.) | 2 *in* om. Vatic. Oxon. Fabricius | *societate* Th, *sacrate* Breu. Nol. Fabric. (Saraz. Riu. Merenda Marinius) ‖ 3 *sollite* Th, *solito* Vatic. ‖ 4 *repedire* Th, *repadare* Vatic. | *uiantem* om. Th ‖ 5 *quã* (pro *quod*) Th, *quoque* Breu. Nol. ‖ 6 om. Fabric. et editores Damasi ‖ 7 *noua* (pro *uota*) Th

Ad u. 1 comparari possunt epigrammata Paulini Nol. epistulae XXXII inserta § 5 (p. 279 Hartel) *corpore mente fide castissimus incola Christi*, § 6 (p. 281) *presbyter hic situs est meritis et nomine Clarus*, eiusdem carm. XII 1 *inclyte confessor meritis et nomine Felix*, XIII 1 *Felix hoc merito quod nomine, nomine et idem qui merito*, elogium Celsae cuiusdem uirginis rustice compositum anno 518 Viennae nuper repertum *meritis pariterque et nomine Celsa* e. q. s. (Le Blant Comptes rendus de l'académie des inscriptions IV ser. XXII 1894 p. 7, Allmer Revue épigr. du midi de la France 1894 p. 276 n. 1006, Buecheler Anthol. epigr. n. 700); praeterea Verg. Aen. I 304 *animam mentemque*, VI 11 *mentem animumque*, Paul. Nol. carm. XXXI 309 *corpore mente anima* 2 *thalamo sociatus* Verg. Aen. IX 591 3 *omnia prestat* 27 4 *repedare* et *uiare* uerba sordida et obsoleta saeculo IV in usum recipiuntur, cf. Quint. VIII 6, 33. Roensch Itala p. 162. 199 5 Damasiana obuersata uidentur auctori carminis 81 *te duce, tu dignus praestas cultoribus ista*, [*haec*] *tibi seruatus* [*nunc*] *offert munera supplex*. de clausula cf. Verg. Aen. II 134 *eripui fateor, leto me et uincula rupi*, XII 30 *uincla omnia rupi*, Petron. Satir. 123 (u. 188) *undarum uincula rupit*. supra 9,3 *soluere qui potuit letalia uincula mortis* 6 agi uidetur de nota accusatione, de qua uide Lib. pont. supra in testimoniis c. adn. cf. Prosp. Aquit. epigr. in obtrectatorem Augustini ap. Migne Patrol. LI p. 149 *impiaque extinctis hostibus arma daret* et carmen ap. Rossium IChr. II p. 246 n. 7 *hostibus extinctis* 7 cf. 46, 13 (= 88) *Saturnine tibi martyr mea uota rependo*, 42 *martyribus sanctis reddit sua uota sacerdos*, 47 *his Damasus supplex uoluit sua reddere uota*. clausulae Vergili *si magna rependam* Aen. II 161, *fata rependens* I 239 (cf. I 666)

62*

Grates, [Christe,] tibi refero, spes uita bonorum,
qui mihi rite m . . . . donasti noscere sancta
⟨quem impius apostata⟨m⟩ Iulianus dextruxit⟩
ac superare malos regni caelestis amore.
fac, rogo quaeso, deus, sine me complere beata
et tua, quae cupio, fac gaudia cernere sancta.

Fide stat Benedicti monachi Soractini (saec. X), qui in chronico (Pertz Monum. Germ. hist. Scriptor. uol. III p. 697) haec: 'Damasus papa construxit aecclesia sancti Siluestri in monte

Serapti cum omni studio, et quidquid rebus aciacentia eius abstracta fuerat, per perceptione constituit; hanc orante in basilica consecrationis beatissimi Siluestri episcopi, et gratias agebat domino dicens', secuntur uersus suprascripti, quibus adsutum est carmen (*omnipotens dominus quo constat machina mundi, qui caelum terramque regis* e. q. s.) non Damasianum, e codice Vaticano 5696 f. 278 editum ab Angelo Maio Nou. patr. bibl. I P. II p. 212. addit monachus ille Damasum hos uersus composuisse 'in lapide a corpore sancto'. stilum Damaso conuenire Rossius censet Bull. crist. 1884—1885 p. 31, equidem fidem haberi posse Benedicto negauerim (Mus. Rhen. L p. 195)

1 suppleuit Rossi. cf. Verg. Aen. XI 508 *quas dicere grates quasue referre parem. spes* et *uita* cognomenta Christi 67 2 *ritem* traditur. *rite* [*fide*]*m donasti noscere sancta*[*m*] proponit Buecheler, recte opinor 3 interpolatum extrusit Rossius

5 *finem me implere beatum* Buecheler 6 de *et* copula u. adn. 11,9. Ven. Fort. III 6, 31 *promeruit sua gaudia cernere pastor* (Verg. Aen. X 651 *nec ferre uidet sua gaudia uentos*)

62a*

Fragmentum litteras bonas Philocalianas

. . . R^I^B . . .

exhibens a Lanciano Portu Augusti repertum edidit Rossius Bull. crist. 1866 p. 100 (delin. p. 102 n. 2)

Alia fragmenta litteris paene Philocalianis, quas Siricianae aetati potius quam Damasianae tribuit Rossius, ibidem detecta sunt haec

a	*b*	*c*
. . . . VS EPISCOP	. . . OPIT . . .	ON / VC
d	*e*	
TT\	OI	

Rossi l. c. p. 99, Lanciani ibid. p. 101 (fragm. *b* delineatum p. 102 n. 3). pertinere putant ad xenodochium a Pammachio (Rossi l. c. p. 50. 99) constructum

a fortasse *Sirici*]*us episcop*[*us*, Germano (La casa celimontana dei ss. martiri Giovanni e Paolo p. 275) *Damas*]*us episcop*[*us* mauult *b* potuit *episc*]*opi t* . . ., ut suspicatur Lanciani

c 2 *u*(*ir*) *c*(*larissimus*) ut uidetur, 'fortasse ipse Pammachius' Rossi, Germano l. c.

APPENDIX

CARMINA PSEVDODAMASIANA ALIAQVE

AD DAMASIANA INLVSTRANDA IDONEA COMPLECTENS

63

VERSVS HIERONYMI PRESBYTERI

Psallere qui docuit dulci modulamine sanctos,
nouerat iste decem legis qui uerba dedisset,
quot digitis citharam chordis totidemque dicauit,
nomina uel signum, numerum crux ipsa notaret.
credere quid dubitas? uirtus regit omnia Christi,
qui uarias iunxit uno sub carmine linguas,
ut pecudes uolucresque deum cognoscere possint.
hic sonus est fidei, mentes qui mulcet amaras,
sic creatura prior tanto pro munere gaudet,
offerat ut domino saluet quos gratia uocis.
⟨quisque sitit ueniat cupiens haurire fluenta,
inueniet latices seruant qui dulcia mella.⟩

Hieronymi nomine fertur in codicibus, de quibus uide praefationem. ediderunt una cum carmine Damasiano 1 Baronius (inde Sarazani ad n. 15), Paulus de Lagarde, Rossius ll. cc.

Varie inscribitur: *uersiculi Hieronimi presbyteri* $\beta^1\gamma^1\gamma^2$, *Damasi et Hieronimi uersus Damasi ante* ε^1, *uersus Damasi ad Hieronimum* ω, *uersiculos dñi Hieronymi presbyteri* Sab., in aliis aliter (u. praef. et adn. 1) ‖ 1 *modolamine* α^1 | *sanctis* $\alpha^1\alpha^2\varepsilon^1\eta\omega$, *sanctus* Sab. et cod. Regin. 1598 ‖ 2 *decim* $\alpha^1\alpha^2\gamma^1\gamma^2$ | *qui*] *que* λ | *edisset* β^1 ‖ 3 *quod* α^2 Sab., *qui* ω | *cytharam* pars codd., *cithera* β^1, *cythara* γ^1, *cithara* al. | *cordis* codd. plerique | *totimque* β^1 | *dicauit*] *notaret* λ ‖ 5 *dubites* α^2 Sarazani (cf. Verg. Aen. IX 12 *quid dubitas*) | *Christus* β^1 ‖ 6 om. β^1 | *uno iunxit* $\gamma^2\lambda$ ‖ 7 *ut*] *aut* Sabinus | *cognosce* γ^1 | *possent* η ‖ 8 *hic*] *his* β^1, *sic* $\delta\lambda$, *hinc* $\mu\omega$ | *fides* φ Baronius | *mentis* β^1 | *qui*] *que* α^1 | *mulcit* $\alpha^1\alpha^2\varepsilon^1$ ‖ 9 *sic*] *hic* Sab. | *de munere* ϑ Baron. ‖ 10 om. Sab. | *ut*] *ne* λ | *quos*] *quod* $\beta^1\eta$ | *uocis*] *uocet* β^1, *gaudet* $\mu\varphi$ (repet. e u. 9) ‖ 11. 12 de his uersibus uide praef. et adn. ad 1 ‖ subscr. in φ *oret pro nobis beatitudo tua beatissime papa*

Ad u. 1 formula *dulci modulamine* apud christianos haud infrequens. sic Venant. Fortun. IV 7, 15 *organa psalterii cecinit modulamine dulci,* quem uersum posteriores imitati sunt; anonymus in cod. Coloniensi 45 (Jaffé et Wattenbach Catalog. p. 107) de Dauide *reddens mellifluum dulci modulamine cantum*; supra in elogio Redempti n. 21* *prophetam celebrans placido modulamine* 2—4 sententiam non prorsus adsequor, fortasse subest uitium 5 Paulin. Nol. c. X 124 *regit omnia Christo* (al. *Christus*) 9 Paul. Nol. VI 81 *ad condignas tanto pro munere grates,* XX 255 *tanto pro munere digne,* cf. Martial. XII 9, 3 *ergo agimus laeti tanto pro munere grates*

64

DE NOMINE IESV

In rebus tantis trina coniunctio mundI
Erigit humanum sensum laudare uenustE.
Sola salus nobis et mundi summa potestaS
Venit peccati nodum dissoluere fructV,
Summa salus cunctis nituit per saecula terriS.

Fabricius p. 774 (e cod. Oporiniano, u. praef.), a quo pendent Maxima bibl. uet. patr. V p. 636, Sarazani n. 7, Riuinus n. 3, Merenda n. 4

1 *trini* coni. Riuinus, nihil mutandum, certe *trinā* Damaso indignum 3 clausula *summa potestas* supra 57,3

65

DE EODEM

Iure pari regnat communis conditor aeuI
Et cum patre pia regnat sublimis in arcE,
Sidereo sanctis insidit numine regniS;
Vnde mare et terras solo uidet omnia nutV,
Suggerit humanis et donat munera rebuS.

Fabricius p. 774. Maxima bibl. patr. V p. 636, Sarazani n. 8, Riuinus n. 4, Merenda n. 5

1 *conditor aeui* redit clausula 68 (u. adn.) 2 *sublimis in arce* Iuuenc. III 591 3 *siderea* Riuinus in textu, *sidereis sancto* in notis proposuit 4 Ouid. Met. I 5 *ante mare et terras et quod tegit omnia caelum*

66

DE ASCENSIONE CHRISTI

Ad sedem propriam deus exule morte resurgit,
ut uitam doceat credentibus esse futuram.
angelus hoc uerbum cecinit quod uterque reportans
'sic uenturus erit', sic Christum credere fas est.

Fabricius p. 774. Maxima bibl. patr. V p. 636, Sarazani n. 10, Riuinus n. 6, Merenda n. 3

2 ita se emendasse Sarazanius ait, cum antea (ubi?) legeretur *ad uitam doceat credentibus esse futurum* 3 *hoc uerbum* Fabr. (Gallandi VI p. 345), *haec uerba* Sarazani et Merenda, *hoc uerum* coni. Riuinus, *reportat* idem 4 Act. apost. I 10. 11 (*sic ueniet*)

67

DE COGNOMENTIS SALVATORIS

Spes uia uita salus ratio sapientia lumen
iudex porta gigas rex gemma propheta sacerdos
Messias Sabaoth Rabbi sponsus mediator

uirga columba manus petra filius Emmanuelque
uinea pastor ouis pax radix uitis oliua
fons paries agnus uitulus leo propitiator
uerbum homo rete lapis domus omnia Christus Iesus.

Edidit Fabricius p. 774 e codice ab Oporino subministrato adnotans in commentario p. 43 carmen inscribi 'Seuero' cuidam. Siluium auctorem (cf. Teuffel-Schwabe hist. litt. Rom.[5] § 468, 1) nominat cod. Turicensis 78 saeculo IX scriptus, unde ediderunt LMueller Mus. Rhen. XXII p. 500, ARiese Anth. lat. n. 689[a] cf. Goldastus in notis ad Columbanum p. 135, Pitra Spicil. Solesm. III p. XII, Rossi Bull. crist. 1884—1885 p. 9, Manitius Gesch. d. christl. latein. Poesie p. 120, 2. post Fabricium ediderunt Sarazani n. 11, Riuinus n. 7, Merenda n. 6, Perez p. 59. simillima ludicra habes inter carmina Orientii quae feruntur n. II 'de epithetis saluatoris nostri' et n. III uu. 96—146 ('explanatio nominum domini'), Corp. scr. eccles. lat. Vindob. XVI 1 ed. Ellis p. 243. 247 sq. cf. etiam Clementis Alex. hymn. in Christum saluatorem (ed. FPiper, Gotting. 1835), Auson. Ephem. uu. 126 sqq. (ed. Peiper p. 11), Ennod. carm. I 9, 25—29 (p. 534 ed. Hartel, p. 41 ed. Vogel.), Isidor. Etymol. VII 2, Alcuini carm. XX 36 sq. (p. 241 ed. Duemmler) XXXVII 5 sq. CXII 13 sq. Couret p. 37 sqq.

1 *uia uita salus ratio* Fabric., *ratio uia uita salus* cod. Turic., *uia* omitt. Sarazani et Merenda *lumen* Fabric., *Christus* Turic. 2 *gigans* Tur. 3 *Zebaoth* Fabr. 4 *columna* Fabr. (*columna* in Orientii carm. II 6, sed *columba* III 132 *saepe columba dolum quia nescit ac sine felle est*, item *columba* in Ennodii carm. u. 27) *emmanuhel* (om. *que*) Tur. 6 *paries* Fabric. (*aries* coni. Riuinus), *panis* Tur. cf. Orientius II 7 *uitis* (trad. *mitis*) *Adam digitus speculum uia botruo panis* et III 134—140 *propitiator*] *Iesus* Tur. 7 *domus*] *deus* Riuinus conlato Ennod. I 9, 29 *filius excelsus dominus deus omnia Christus Iesus* om. Tur.

68

DE SALVATORE

Christe potens rerum, redeuntis conditor aeui,
uox summi sensusque dei, quem fudit ab alta
mente pater tantique dedit consortia regni,

impia qui nostrae domuisti crimina uitae
passus corporea mundum uestire figura
affarique palam populos hominemque fateri.
⟨quemque utero inclusum Mariae mox numine uiso⟩
uirginei tumuere sinus innuptaque mater
arcano stupuit compleri uiscera partu
auctorem paritura suum: mortalia corda
artificem texere poli mundique repertor
pars fuit humani generis latuitque sub uno
pectore, qui totum late complectitur orbem,
et qui non spatiis terrae, non aequoris unda
nec capitur caelo, paruos confluxit in artus.
quin et supplicii nomen nexusque subisti,
ut nos subriperes leto mortemque fugares
morte tua, mox aetherias euectus in auras
purgata repetens laetum tellure parentem.
Augustum foueas, festis ut saepe diebus
annua sinceri celebret ieiunia sacri.

De auctore carminis in praefatione dictum est: libri mss. Claudiano adsignant. inter Damasiana rettulit Fabricius p. 774, quem secuti sunt Sarazani n. 9 (hic dubitanter), Riuinus n. 5, Merenda n. 2. habent editiones Claudianeae, ex quibus adfero nouissimas Birtii Monum. Germ. auct. antiquiss. X p. 330 n. XXXII et Kochii (Lips. 1893) p. 248 n. XXXII. nonnulla in suum usum uertit auctor carminis sequentis, quod confer. uu. 8—15 adfert Helinandus Frigidi Montis monachus (saec. XIII in.) serm. XXII Migne Patrol. lat. CCXII p. 666 sq. '*sicut et gentilis poeta Christianis uersibus laudem eius pulchre prosecutus est dicens*: *uirginei tumuere sinus*' e. q. s. cf. Manitius Mus. Rhen. XLV p. 317

1 *ipse* pro *Christe* unus e codd. Birtii | *aeui* uel *orbis* uel *anni* codd. ‖ 2 *fuderat alta* pars codd., *fundit ab alta* Fabric. ‖ 4 *tu* pro *qui* pars codd. et Fabricius, quae lectio praestare uisa est Kochio ‖ 5 *mundum* et *mundi* codd., temptauerunt *dominum* Barthius, *mentem* Birt, *numen* Koch (Christus idem qui mundus) ‖ 7 *quemque utero, quodque utero, quem uerbo* codd. | *infusum* unus codex | *nomine* uel *angelo* pro *numine* codd. deteriores. iis ad-

sentior qui uersum omissum in duobus libris spurium censent, u. Kochii praef. p. LII, tuetur Birtius legens *quem uerbum infusum*, ut agnoscatur ipse *λόγος* Iohanneus I 1 ‖ 8 *intumuere* et *timuere* libri deteriores | *intactaque mater* Helinandus ‖ 9 *arcana* Helin. | *obstupuit* Fabric. ‖ 11 *mundi reparator* Helinand. ‖ 12 *imo* pro *uno* Fabric. ‖ 14 *terrae spatiis* Helinand. | *undis* Fabric. ‖ 15 *non* pro *nec* Helin. ‖ 19 *repetis* alii, *reparans* Fabric. | *laeta tellure, laeta te luce, letum te luce* alii codd.

Ad u. 1 *Christe potens* Paul. Diac. carm. VI 28. clausula *conditor aeui* supra 65, cf. Verg. Aen. VIII 313 *conditor arcis* 2 cf. 69,3.4. Verg. A. I 26 *alta mente*, Ouid. Met. I 76 *mentisque capacius altae* 4 clausula redit 103,7. cf. Verg. Aen. IV 550 *sine crimine uitam*. Buecheler Anth. epigr. n. 783, 1 *crimina uitae* 6 Verg. Aen. VII 428 *ipsa palam fari*. in carmine Merobaudis 69,11 *hominemque subire* 8 Merobaudes 69,5 *uirgineos habitare sinus*. cf. Sedul. carm. pasch. II 39 sq. *stupet innuba tensos uirgo sinus gaudetque suum paritura parentem*, Dracont. de deo II 90 *uirgineos intrasse sinus*, Arator. Act. ap. II 74 *uirgineos intrare sinus* 10 cf. 69,15 *auctorem nescire suum*. Sedul. II 14 *iamque suum nescire genus*, II 40 *gaudetque suum paritura parentem*, V 16 *auctorem generasse suum*. Rustic. Help. 72 *auctorem peperisse suum*. clausula *mortalia corda* Verg. Georg. I 123 (cf. etiam 69,14) 11 *lucisque repertor* 69,2; *rerumque repertor* Verg. Aen. XII 829; *caeli terraeque, uitaeque, lucis uitaeque repertor* Iuuenc. I 35 II 405 IV 479 14 similes exitus ap. Catull. 68, 3, Ouid. Met. V 498 XIII 779 al. 15 *quem sedes non ulla capit* 69,7. cf. Dracont. de deo II 91 *terrarum caelique capax atque ignis anheli, aeris et pelagi, sed non capiendus ab isdem* 18 cf. 69,25 sq. Verg. Aen. IV 445 *ad auras aetherias*, VI 130 *euexit ad aethera*, similia saepius 21 Auson. uers. pasch. 2 (p. 17 ed. Peiper) *celebrant ieiunia mystae*

69

MEROBAVDIS HISPANI SCHOLASTICI DE CHRISTO

Proles uera dei cunctisque antiquior annis
nunc genitus, qui semper eras, lucisque repertor
ante tuae matrisque parens; quem misit ab astris
aequaeuus genitor uerbique in semina fusum
uirgineos habitare sinus et corporis arti
iussit inire uias paruaque in sede morari,

quem sedes non ulla capit; qui lumine primo
uidisti, quidquid mundo nascente crearas;
ipse opifex, opus ipse tui, dignatus iniquas
aetatis sentire uices et corporis huius
dissimiles perferre modos hominemque subire,
ut possis monstrare deum, ne lubricus error
et decepta diu uarii sollertia mundi
pectora tam multis sineret mortalia saeclis
auctorem nescire suum: te conscia partus
mater et attoniti pecudum sensere timores.
te noua sollicito lustrantes sidera uisu
in caelo uidere prius, lumenque secuti
inuenere magi. tu noxia pectora soluis
elapsasque animas in corpora functa reducis
et uitam remeare iubes. tu lege recepti
muneris ad Manes penetras mortisque latebras
immortalis adis. nasci tibi non fuit uni
principium finisque mori, sed nocte refusa
in caelum patremque redis rursusque perenni
ordine purgatis adimis contagia terris.
tu solus patrisque comes, tu spiritus insons
et toties unus triplicique in nomine simplex.
quid, nisi pro cunctis, aliud quis credere possit
te potuisse mori, poteras qui reddere uitam?

Primus edidit Camers a. 1510 in ed. Claudiani, quem secuti sunt reliqui editores Claudiani: Gesnerus p. 710, Ieep II p. 202, Birt p. 411 n. XX, Koch p. 308. Anthologiae lat. inseruit ARiese n. 878. Merobaudis Hispani scholastici carmen esse testatur Fabricius, qui edidit e codice antiquo ab Oporino subministrato p. 763 sqq. (u. eius comment. p. 87). cf. Niebuhr Merobaud. p. X, Birt praef. in Claudian. p. CLXXI, Teuffel-Schwabe Hist. litt. lat. § 464, 2, Ebert Gesch. der christl. lat Litt. I^{2} p. 418 (qui Merobaudis esse negat), MManitius Gesch. der christl. lat.

Poesie p. 325 sq. ex hoc carmine nonnulla in suum usum uertit Rusticius Helpidius, u. Brandes Stud. Vindobon. XII 1890 p. 304. ipse Merobaudes carmen compilauit quod praecedit

1 *non* pro *nunc* Riese ‖ 3 *nate tuae* Barthius ‖ 4 *uerbi qui* Barth, *mundique* Ieep, *uerbumque* Birt ‖ 5 *artus* Fabric. ‖ 6 *mire* id. ‖ 8 *creares* id. ‖ 9 *sui* Camers | *iniquos* Fabric. ‖ 12 *posses* pars editt. ‖ 13 *uani* Heinsius ‖ 15 *sciuere deum* Fabric. | *patris* pro *partus* Barth ‖ 17 'an *cursu?*' Riese ‖ 21 om. Fabric. ‖ 22 *mundus et* pro *muneris* Fabric. ‖ 23 *tibi tantum* pro *nasci tibi* idem | *nam* pro *non* Camers ‖ 24 *finisue* Fabric. | *retusa* uel *reclusa* Heinsius, *repulsa* olim Buecheler ‖ 25 *ad patrem scandis* Fabric., *partemque redit* Camers ‖ 27 *spirituum fons* Barth, *spiritus idem* (uel *idem es*) coni. Birt ‖ 28 *lumine* Fabric. ‖ 29 *quis* Fabric. | *quis nisi pro cunctis aliter quis* coni. Birt, *qui nisi praestares aliud* e. q. s. Clauerius

Ad u. 1 Verg. Aen. VIII 301 *salue uera Iouis proles.* Rustic. Help. 2 *proles aeterna dei.* Paul. Nol. c. V 3 *principio extremoque carens antiquior aeuo,* Dracont. Satisf. 5 *principio seu fine carens et temporis expers* 2 de clausula u. adn. 68,11 3 *quem fudit ab alta mente pater* 68,2 5 u. adn. 68,8 7 u. adn. 68,15 9 Rust. Help. 51 *atque opifex rerum,* 22 *dignatus utrasque ostentare uices* 11 *hominemque fateri* 68,6 14 cf. 68,10 *mortalia corda.* Verg. Aen. III 57, Ouid. Met. IV 201 VI 472 *mortalia pectora* 15 adn. 68,10 17 Rustic. Help. 79 sqq. 19 *noxia corpora tardant* Verg. Aen. VI 731 20 Rust. Help. 112 sq. *extinctas animas et corpora functa reducis in caelum legesque pias,* Paul. Nol. XXII 143 *aut reduces animas in corpora functa remittit.* Sedul. carm. pasch. III 164 *functaque subductae reuocate cadauera uitae* 24 Dracont. Satisf. 5 (adn. u. 1) 26 *purgata ... tellure* 68,19 28 Sedul. I 297 sq. *semper ut una manens deitatis forma perennis, quod simplex triplicet quodque est triplicabile simplex* 30 Rust. Help. 119 *ut uitam reddere possis*

70

HYMNVS DE SANCTO ANDREA APOSTOLO

Decus sacrati nominis,
uitamque nomine exprimens,
hoc te decorum praedicat
crucis beatae gloria.

Andrea, Christi apostole,
hoc ipso iam uocabulo
decorus, idem mystice
signaris isto nomine.

quem crux ad alta prouehit,
crux quem beata diligit,
cui crux amara praeparat
lucis futurae gaudia.

in te crucis mysterium
cluit gemello stigmate,
dum probra uincis per crucem
crucisque pandis sanguinem.

iam nos foueto languidos
curamque nostri suscipe,
quo per crucis uictoriam
caeli petamus patriam.

De hymnis eorumque recensione in praefatione dixi. ediderunt praeter alios Fabricius p. 772, Sarazani n. 4, Riuinus n. 1, Merenda n. 8, Daniel Thes. hymnol. I p. 8 n. VIII (cf. IV p. 143. 363), Mone Lat. Hymnen III p. 97, Dreves Analecta hymnica II p. 72 n. 91. cf. Chevalier Repertorium hymnologicum I (1892) n. 4312. 4313. 4503. 4599

1 *deus* d (cf. Chevalier n. 4503), *diem* m (Chevalier n. 4599) | *hominis* m, *numinis* Riuinus coni. || 2 *nomenque uita* d, *nomenque uitam* m, *uitamque nomen* Daniel (Chevalier n. 4503) || 3 *sic* d, *hinc* m, *hic* alii | *praedicans* d || 4 *beata* m || 5 *Andreas* d || 6 *hoc ipse* d, fortasse recte, quia ceteri pedes sine tali uitio omnes, *ipso hocce* Riuinus (*hoc quippe* idem coniecit in notis) || 7. 8 transponunt editores Damasi || 9 *ab alta* m | *prouehi ut* d || 10—12 *cui crux amata praeparat lucis futurae gaudia figuram Christi imitans* m || 11 *amat* d || 13—16 om. d || 13 *crucis* m Fabric. Daniel aliique, *creuit* Sarazani et Merenda || 15 *dum* om. m, *et* Mone || 16 *lucisque pandis ianuam* Riuinus coni. | *pendis* m || 17 *faueto* m || 18 *nobis subiice* Riuinus coni. || 19 *qui per* Saraz. Merenda | *mysterium* (pro *uictoriam*) d || 20 post hunc

uersum d addit *deo patri sit gloria*, m totam stropham *deo patri sit gloria eiusque soli filio cum spiritu paraclito et nunc et in perpetuum*

71

HYMNVS DE SANCTA AGATHA

Martyris ecce dies Agathae
uirginis emicat eximiae,
Christus eam sibi qua sociat
et diadema duplex decorat.

stirpe decens, elegans specie,
sed magis actibus atque fide,
terrea prospera nil reputans,
iussa dei sibi corde ligans.

fortior haec trucibusque uiris
exposuit sua membra flagris;
pectore quam fuerit ualido,
torta mamilla docet patulo.

deliciae cui carcer erat,
pastor ouem Petrus hanc recreat,
inde gauisa magisque flagrans
cuncta flagella cucurrit ouans.

ethnica turba rogum fugiens
huius et ipsa meretur opem;
quos fidei titulus decorat,
his uenerem magis ipsa premat.

iam renitens quasi sponsa polo
pro miseris suplicet domino;
sic sua festa coli faciat,
se celebrantibus ut faueat.

Fabricius p. 773, Sarazani n. 5, Riuinus n. 2, Merenda n. 30, Daniel l. c. I p. 9 n. IX et IV p. 363, Dreves l. c. II p. 100. cf. IKayser Beitraege zur Gesch. d. Kirchenhymnen I[2] p. 113 sqq.

3 *qua sibi Christus eam* dgr Riuin. 5 *elegans facie* gr, *rutilans specie* coni. Riuinus 13 *delicae* d 14 *hic* r, *hinc* g 15 *inde gauisa* codd., editores e coniectura Clichtouaei *laetior inde* prosodiae causa 20 *ergo premat* dgr 21 *renidens* edd. Damas. 22 *supplicet* dg, *supplica* rv, *rogita* in plerisque editionibus ex coniectura eius, qui *Damaso* pro *domino* (sic codd., *dominum* v) et *misero* pro *miseris* intexuit; de *sŭplicet* cf. Buecheler Mus. Rhen. XLI p. 5 24 *te* pro *se* Gallandi VI p. 350 dubitanter proposuit

In d uersus 21—24 conlocati sunt ante u. 17, in g ordo ita turbatus: 24, 21—23, 17—20. additur stropha quae deest in editionibus Damasi, haec

gloria cum patre sit genito
spirituique proinde (*perinde* g) *sacro*,
qui (*nunc* r, om. g) *deus unus et omnipotens*
hanc nostri (*memorum* g) *faciat memorem*

72

Sumite perpetuam sancto de gurgite uitam.
cursus hic est fidei, mors ubi sola perit.
roborat hic animos diuino fonte lauacrum,
et dum membra madent, mens solidatur aquis.
auxit apostolicae geminatum sedis honorem
Christus et ad caelos hanc dedit esse uiam.
nam cui siderei commisit limina regni,
hic habet in templis altera claustra poli.

Isti uersiculi sunt scripti ad fontes inscribit V, qui solus seruauit. Rossi Bull. crist. 1867 p. 34 et IChr. II p. 138, 25, Grisar Zeitschr. f. kath. Theol. 1889 p. 115, adsignantes basilicae Petri apostoli Vaticanae. cf. quod sequitur epigramma. utriusque auctor ignotus est

1 *fontem* expunctum in codice, *uitam* suprascr. 5 *geminatus* codex. cf. 57,4 *sedis apostolicae uoluit concedere honorem*

6 *Xp̄s et* cod., *et* 'uetustate deletum'. *hunc* pro *hanc* Rossius proponit 7 *limina* Rossi et Grisar, *lumina* codex. cf. clausulas Vergili *limina regum, limine regis* Georg. II 504 Aen. XII 849 8 *templis* Rossi, *amplis* codex

73

Istic insontes caelesti flumine lotas
pastoris summi dextera signat oues.
huc undis generate ueni, quo sanctus ad unum
spiritus ut capias te sua dona uocat.
tu cruce suscepta mundi uitare procellas
disce magis monitus hac ratione loci.

Epigramma Romae inscriptum loco *ubi pontifex consignat infantes* Th et V tradunt, ille mutilum ac corruptum loco non indicato, hic integrum. ad basilicam s. Petri Vaticanam hoc et quod praecedit carmen (72) pertinere Rossius putat, qui ex V edidit in IBPitrae Spicilegio Solesm. IV 1858 p. 520 et IChr. II p. 139, 26 (cf. Bull. crist. 1867 p. 34), ex Th IChr. II p. 247, 11 ad apographum Leopoldi Delisle. in V praecedunt Damasiana de Marcello pontifice (48) et de ss. Felice Philippoque (47) elogia. caue Damaso tribueris, etsi ab eius aetate parum distare contendat Rossius. cf. 5 c. adnot.

1 *ista insons* Th ad meum apogr., *ista infans* Delisle *lotas* om. Th 2 *signo oues* distinxi in Th, *signantes* Delisle 3 *spō* pro *sanctus* Th 5 *te cruce suscepte* Th, *uitare procellas* om. idem 6 *digne* pro *disce* Th ad meum apogr., *//ligne* Delisle *munitus* Th, *monitos* V (cf. Verg. Aen. VI 620 *discite . . . moniti*)

74

Perdiderat laticum longaeua incuria cursus,
quos tibi nunc pleno cantharus ore uomit.
prouida pastoris per totum cura Leonis
haec ouibus Chr(ist)i larga fluenta dedit.
unda lauat carnis maculas, sed crimina purgat
purificatque animas mundior amne fides.
quisque suis meritis ueneranda sacraria Pauli
ingrederis supplex, ablue fonte manus.

Subiunxi propter argumenti cum praecedentibus adfinitatem epigramma Leonis pontificis in atrio basilicae s. Pauli Ostiensis scriptum, quod ex antiquioribus seruauit P, Rossi IChr. II p. 80, 13 (inde Duchesne Lib. pontif. I p. 240). accedit apographum Nicolai Laurentii (saec. XIV) disticha aliter ordinata exhibens (uu. 5—8. 1—4), quod expresserunt editores a Rossio l. c. p. 328 laudati. denique saec. XV Iucundus Veronensis uu. 1 et 2 *Romae apud s. Paulum in marmore proiecto inter urticas et spineta* exscripsit (u. Rossi l. c. p. 399). qua exemplarium uarietate Rossius intellexit singula disticha inscripta fuisse singulis epistyliis tabernaculi quattuor columnis fulti, quibus *cantharum* fontis in medio atrio basilicae Ostiensis ornatum fuisse probabile est. cf. etiam huius editionis epigrammata 101 et 105 et quae Paulinus Nol. epistulae XXXII inseruit (cum adn. Rosweydi ad Paul. Nol. epist. XIII, Migne LXI p. 850)

iste uersiculi in atrio sancti Pauli scripti sunt P, *infrascripti octo uersus sunt scripti in loco canthari olim aquarum in planitie ante introitum maioris porte beati Pauli* Nic. Laur. ‖ 2 *cantarus* P et Nic. Laur. ‖ 4 post *haec* (*hec* Nic.) addit *tibi* P ‖ 6 *pur ficatque* P | *anne* Nic. ‖ 7 *quisquis suum* P ‖ 8 *ingressus* P | *suplex* Nic.

Ad u. 3 Leo I intellegendus qui papa sedit ab anno 440 ad 461, de quo haec in Libro pont. I p. 239 *renouauit basilicam beati Petri apostoli et beati Pauli post ignem diuinum renouauit,* cf. Duchesne p. 240 et Rossi IChr. II p. 77. priores de Leone III (a. 795—816) cogitauerant 5 cf. titulum musei Lateranensis ap. Rossium Mus. Pio-Lat. p. 26 tab. I 5 *corporis et cordis maculas uitale [lauacrum] purgat et omne simul abluit und[a malum]* = Mai Scr. uet. V p. 174, 4 6 *iste salutares fons continet inclitus undas et solet humanam purificare luem* 101,1.2 8 *ablue fonte sacro ueteris contagia uitae* 101,5

75

Hic positus caeli transcendit culmina Paulus,
cui debet totus quod Christo credidit orbis.

Ex L ediderunt Grut. 1172, 8 (inde Riuinus n. 39 Damaso tribuens iniuria) et Rossi IChr. II 1 p. 104 n. 40, qui ad altare basilicae s. Pauli uia Ostiensi rettulit

1 *pauli* codex, em. Rossi 2 Paulin. Nol. XV 139 *totus quam credidit orbis*

76

Hic Festus iacet, cognosc[ite . . . . . .,
quem puerum, Chr(ist)e, monuisti [temnere mundum.
pro meritis credo quia sa[. . . . . . .
bis duodenos necdum conple[uerat annos.
conposuit uersos Marcian[us . . . . . .

DEPOSIT · I IDVS . . . . . .
QVI VIXIT ANN XXIII ET . . .

Fragmentum effossum uia Ardeatina in coemeterio Domitillae una cum monumentis saeculi quarti exeuntis. Rossi Bull. crist. 1875 p. 48 sq. (cf. Roma sott. III p. 239), Buecheler Anth. epigr. n. 735

1 *cognoscite fratres* Rossius scripsit (cf. 7,4 *cognoscite fratris,* non *fratres*), *cognoscite fidus amicus* Buecheler iure requirens pleniorem uersum 2 *spernere mundum* Rossi, cf. 11,2 *posset qui temnere mundum* 3 *quia sa[luum surgere* . . .] Rossi imitationem Damasi subesse ratus (9,6 *post cineres Damasum faciet quia surgere credo*), *quia sa[ncta luce fruetur]* Buecheler mauult, ut iuste concludatur oratio 4 *bis denas hiemes necdum compleuerat aetas* Irenes Damasi sororis 10,5

76 a

. . . . deuotam.
haec tibi, martyr, ego rependo munera laudis.
hoc opus est nostrum, haec omnis cura laboris,
ut dignam meritis . . . .
haec populis c . . . . gloria facti,
haec, Quirine, tuas . . . . probabi.

Inscriptio litteris magnis nec elegantibus albo colore pictis detecta est nuper in 'platonia' quae uocatur coemeterii 'ad catacumbas' (s. Sebastiani) uia Appia, ubi s. Quirinum 'papam et martyrem' sepultum fuisse topographi medii aeui testantur apud Rossium Roma sott. I p. 180. 181. tractauerunt Armellini

Cronachetta mensuale di archeologia e storia 1894 p. 21 sqq., DeWaal Die Apostelgruft ad Catacumbas an der Via Appia (Romae 1894) p. 99 sqq., Rossi Bull. crist. 1894 p. 147 sq. caue Damasianum credideris, obstat prosodia (*dĕuotam*, *rēpendo*) formaque litterarum saeculo quinto conuenientior quam quarto

1 *suscipe uota libens famuli mentemque*] *deuotam* temptauit Rossius 2 Damasus 61,7 *tibi uota rependo*, 46,13 *Saturnine tibi martyr mea uota rependo* 3 *cura laboris* clausula redit 19,7. cf. Grut. 1174, 7 = Rossi IChr. II p. 110, 67 (cf. Bull. crist. 1878 p. 15) *presbyteri tamen hic labor est et cura Philippi*, Buecheler Anth. epigr. n. 318 *laborque inest cura*[*que Pot*]*enti* (cf. Bull. crist. 1891 p. 25 et 26) 4 [*dent sancta haec limina sedem*] Rossi, [*det hanc tibi Roma quietem*] deWaal 5 *c*[*unctis clarescet* uel *splendescet* Rossi. *gloria facti* clausula Vergili, u. adn. 3,4 6 latet nomen auctoris ut uidetur. *tuas* [*laudes .... ipse*] *probabi* Rossius proposuit comparans Vigilii uersum 89,5 *quos monstrante deo Damasus sibi papa probatos*. Quirini episcopi quondam Sisciensis, quem hic intellegi uolunt editores Romani, acta e codice Vaticano edita sunt ap. Bolland. Acta SS. I Iun. p. 379 sqq. nota tamen ea quae ibi p. 383 de translatione narrantur (*quem uia Appia miliario tertio sepelierunt in basilica apostolorum Petri et Pauli, ubi aliquando iacuerunt et ubi s. Sebastianus martyr requiescit in loco qui dicitur Catacumbas* e. q. s.), in codice adiecta esse manu posteriore. Prudentius Sisciensem episcopum celebrat Perist. VII

77

. . . . SVB D V ID NOV . . . .

Nata Maria simul caro] cum fratre Nio[ne
gaudentes sacram p]romer[uere fidem.
diuitias proprias Christi praecepta secuti
pauperibus larga distribuere manu.
quorum praeclaris monitis multoque labore
accessit summo sancta caterua deo.
post animas Christo tradentes sanguine fuso
ut uitam caperent, non timuere mori.
horum uirtutes quem passio lecta docebit,
rite suis famulis discet adesse deum.

Hoc carmine et eo quod sequitur martyres celebrantur, qui uolgo Graeci dicuntur, Maria 'cum fratre Nione' (77), Hippolytus Adrias Paulina (78), uia Appia sepulti non longe ab ecclesia s. Soteris, ut testatur topographus Malmesburiensis (Rossi Roma sott. I p. 181). acta eorum Rossius tractat Roma sott. III p. 200 sqq. frustulum huius lapidis bonis litteris sed non Philocalianis inscriptum (uu. 1—3) anno 1887 prodiit prope ecclesiam s. Mariae 'dei Monti' (via dell' Agnello) intra Viminalem et Esquilinum, Gatti Notizie degli scavi 1887 p. 178, Bullettino della commiss. archeol. comunale di Roma 1887 p. 257, Rossi Bull. crist. 1887 p. 60 sqq. c. tab. V. integrum seruauit sylloge T, ubi praecedit Eusebii elogium Damasianum 18. Marinius apud Maium Script. uet. V p. 441, 3 (e cod. Claustroneoburgensi), Rossi Roma sott. III p. 194 et IChr. II p. 66, 25

1 temporis nota solo marmore seruata, u. adn. 78,11 2 *Nione* T, quae lectio confirmatur lapide 4 de clausula u. adn. 2,1 5 Verg. Aen. X 618 *tua larga saepe manu* 8 Paul. Nol. V 50 *non sanguine fuso,* Dracont. de deo III 147 *gaudent sanguine fuso,* cf. Orient. common. I 65, Arat. I 192 9 Damasus 10,12 *non timui mortem* 10 *ouem* T, em. Maius 11 *disce* traditur, *discat* Maius, *discet* Rossi

78

Olim sacrilegam quam misit Graecia turbam,
martyrii meritis nunc decorata nitet.
quae medio pelagi uotum miserabile fecit,
reddere funereo dona nefanda Ioui.
Hippolyti sed prima fides caelestibus armis
respuit insanam pestiferamque luem,
quem monachi ritu tenuit spelunca latentem
Christicolis gregibus dulce cubile parans,
post hunc Adrias sacro mundatur in amne
et Paulina suo consociata uiro.

XIIII K · IVN ·

Cf. n. 77 c. adnot. seruauit T. Marinius apud Maium Script. uet. V p. 36, 1 (e codice Claustroneoburg.), Rossi Roma

sott. III p. 194 et IChr. II p. 67, 26. Marinius dubitanter Damasi nomen auctoris adscripserat adductus ut uidetur formula illa (u. 1), quae in Damasianis redit, cui coniecturae diffidendum. emendauit Rossius codicum lectiones u. 1 *gracia*, 4 *funerea*, 6 *pestifera lucem*, 7 *specunca* (uel *spetunca*), 8 *Christo colis* (*legibus* pro *gregibus* cod. Goettw.), *mundatus* (*mandatus* IChr. II p. 67 nescio an typographi errore)

1 cf. 12,7 *hic confessores sancti quos Graecia misit*, 52 *iam dudum quod fama refert, te Graecia misit* (Rossi Bull. crist. 1874 p. 108, Roma sott. II p. 233) 4 conferri potest *Iuppiter Stygius* ap. Vergilium Ouidium Silium, *Iouis Stygius* CIL III 6443, *Iuppiter tartareus* Sil. It. II 674, Val. Flacc. I 730 5 Verg. Aen. III 69 *inde ubi prima fides pelago* 7 in actis (Rossi Roma sott. III p. 201) de Hippolyto haec: *erat quidam uir nomine Hippolytus monachus, qui habitabat in cryptis seruiens domino in absconditis suis, ad quem multi Christianorum occurrebant ad audiendam doctrinam apostolorum.* cf. 2,14 (Paulum) *tenuit paradisus euntem* 11 NOV· pro IVN· scribendum esse statuit Rossius (Roma sott. III p. 197), cum in actis martyres illi omnes aut Oct. aut Nou. mense martyrium passi esse tradantur, *XIII kal. Nou.* Paulina Eusebius Marcellus, *VI kal. Nou.* Nion et Maria, *V id. Nou.* Hippolytus et Adrias (cf. n. 77,1)

79

Haec quicumque uides nimio perfecta labore,
desine mirari, minus est quam martyr habetur.
hic aetate puer rudibus iam uictor in annis
tempore sub paruo matura laude triumphans
aspera innocuo maculauit tela cruore,
et sitiens tenero suxit sibi sanguine praedo.
sic uictor superas auras regnumque petiuit
et nos caelesti placidus de sede reuisit,
nomine Gordianus, Christi quem palma coronat.
marmore concludens arcam cineresque beatos
presbyter ornauit renouans Vincentius ultro.

Elogium Gordiani martyris uia Latina sepulti (Martyr. Hieron. VI id. Mai., Rossi Roma sott. I p. 141. 180. 181. Acta

SS. II Mai p. 551 sqq.) tradiderunt syllogae T et P, Rossi IChr. II p. 64, 15 p. 90, 49, ante quem Marinius ediderat apud Maium Script. uet. V p. 382, 1 (e codice Claustroneoburgensi). praecedunt in T Damasiana elogia 30. 31 et epitaphium Castuli martyris 81, secuntur elogia Baioli acoluthi protouestiarii (Buecheler Anth. epigr. n. 758) et Sisinni presbyteri (supra 28*); in P praecedit 30, sequitur 107. Damasi non est, etiamsi quaedam eius stilum sapiant; in indice Rossii IChr. p. 510 inter Damasiana refertur, errore calami opinor

in metropi uia inscribit T i. e. uia quae a porta urbis Metrouia ad uiam Latinam ducebat ‖ 1 *quicunque* T | *nimium perfecta labora* P ‖ 2 *mirare* P | *quia* pro *quam* cod. Goettw. ‖ 3 *prior* pro *puer* P | *iam* om. T ‖ 4 *paruo* P, *pauco* T teste Rossio, at *paruo* Marinius ‖ 6 *siciens* codd. | *suxit* Marinius et Rossi, *luxit* T, *lusit* P | *predo* codd. ‖ 7 *peciit* T, fortasse *petiit*, cf. 53,7 ‖ 8 *placidus* Rossi, *placidos* codd. et Marinius ‖ 10 *archam* T, *arca* P | *cinesque* T, *cinerisque* P ‖ 11 *praesbiter* et *uincencius* P (Rossi p. 82, 21).

Ad u. 1 in Leonis epitaphio 33* *omnia quaeque uides proprio quaesita labore* 5 nota hiatum, quem Damasus non admisit 7 cf. Vergiliana *superas in (ad) auras* sim. Georg. IV 485 Aen. V 427 VI 128 VII 768, Sil. It. III 712 *dum carpet superas in terris Hannibal auras,* infra 85,10 *superas quo surgat ad auras,* CIL VI 1163 *superas consurgere in auras*, III 737 *superas elatus ad auras* (= Buecheler Anth. epigr. n. 279. 286). item *regna, regnum petere* sim. tritissima, u. adn. 7,3 et 23,5 8 cf. Verg. Aen. VI 371 *sedibus ut saltem placidis in morte quiescam* 9 *palma, corona Christi* in christianis peruolgata, cf. 13. 47. 49 10 *cineres sanctos* supra in 12 11 u. adn. 37

80

Martyris haec Nemesi sedes per saecula floret
 serior ornatu, nobilior merito.
incultam pridem dubitatio longa reliquit,
 sed tenuit uirtus adseruitque fidem.

Nemesii diaconi antea tribuni eiusque filiae martyrium in actis Stephani papae habetur Acta SS. I Aug. p. 139 sqq., ubi p. 142 haec: *cuius corpus collegit beatus Stephanus episcopus et sepeliuit iuxta locum ubi decollatus est in uia Latina non longe ab urbe.* locum confirmant topographi apud Rossium Roma sott. I p. 180. 181. sed quaeritur num ad eundem pertineat

hoc elogium quod seruauit unus cod. L, unde ediderunt Grut. 1171, 15, Mai Scr. uet. V p. 394, 2, Rossi IChr. II p. 102, 29. nihil suadet, ut cum Riuino (n. 29) Damasianum existimemus. uersus duo qui secuntur in codice *effera quem rabies* e. q. s. ad carmen 87 infra positum pertinent (uu. 3. 4)

1 *Nemesii* Gruter; idem recte *floret* pro codicis *florent* 3 *reliquid* codex 4 *uirtus tenuit penetralia cordis* n. 11

81

Te duce Venerius rapidas commiscuit iras
atque uesana nimis inimici iurgia uicit,
Castule, tu dignus praestas cultoribus ista.
[haec] tibi seruatus [nunc] offert munera supplex.

'Iuxta uiam Praenestinam iuxta aquaeductum ecclesia est s. Stratonici episcopi et martyris et s. Castoli, quorum corpora longe sub terra sunt sepulta' uetus adnotator codicis Salisburgensis (nunc Vindobonensis 1008) apud Rossium Roma sott. I p. 142. 178. uia Labicana Castulum sepultum dicunt Martyr. Hieron. VII kal. Apr. et Acta SS. III Mart. p. 612 sq. e cod. Claustroneoburgensi Marinius apud Maium Script. uet. V p. 195, 4, e T Rossi IChr. II p. 64 n. 14. praecedunt Damasiana elogia Tiburti et Gorgoni (nn. 30. 31), sequitur n. 79. Damasum auctorem esse, id quod Marinius suspicatus est, argumentis idoneis confirmari non potest, neque enim ad hoc euincendum sufficiunt uoculae *te duce seruatus praestas supplex* redeuntes in epigrammate n. 61. fieri autem posse ut Venerio Damasiana obuersata sint non nego

1 *rapidas commiscuit* traditur, an *rabidas compescuit*? 2 *iuria* cod. Claustroneob., *uaria* cod. Goettw., eadem scriptura pro *iurgia* in tabula lusoria Africana *sepone iuria et ueni ludamus,* VWaille Comptes rendus de l'acad. des inscriptions 4. ser. XXI 1893 p. 402; cf. Jahrb. d. Vereins von Alterthumsfr. i. Rheinl. XCV p. 251, Archiv f. lat. Lex. IX p. 245, Kroll Philol. 1892 p. 558 3 *dignius* cod. Claustroneob. fortasse legendum *dignis* 4 expleuit Rossi. cf. Chintilae regis Visigothorum poematium ap. Baehrens PLM V p. 363 *sancte, tuis, Petre, meritis haec munera supplex Chintila rex offert: pande salutis opem*

82

Laeta deo plebs sancta canat, quod moenia crescunt
Et renouata domus martyri[s Hipp]oliti.
Ornamenta operis surgun[t auctore Dam]aso,
Natus qui antistes sedis a[postolicae].
Inclita pacificis facta est [haec aula triumphis]
Seruatura decus perpetu[amque fidem].
Haec omnia noua q(uae)q(ue) uidis Le[o presbi]ter hornat.

Fragmenta litteris bonae aetatis rep. in crypta Hippolyti uia Tiburtina composuit et inlustrauit Rossi Bull. crist. 1883 p. 60 sqq. (cf. 1882 p. 176. 1883 p. 114) c. tab. I. est acrostichon Leonis clerici cuiusdam. adscripsi Rossii supplementa, etsi prosodia u. 3 offendit quam maxime. fieri autem posse ut titulus saeculo VI nouatus sit editor adnotat

1 *plebs sancta* u. adn. 59 d. Verg. Aen. I 437 *iam moenia surgunt*, Ouid. Met. XV 451 *moenia laetor crescere* 2 Hippolyti elogium Damasianum 37 4 *sedis apostolicae* 57 5. 6 comparat Rossius 42,4 *pro reditu cleri Christo praestante triumphans* et 83,11 7 *omnia quaeque uides* 33*,1

83

Deuastata i]terum summot[a plebe precantum
priscum] perdiderant antra [sacrata decus.
nec tua iam, ma]rtyr, poterant u[enerande sepulcra
huic mund]o lucem mittere q[ua frueris.
lux tamen ista t]ua est, quae nescit [fu]ne[ra, sed quo
perpet]uo crescat nec m[in]ua[tur ha]bet.
nam nigra nox t]rinum stupuit per [sae]cula lumen
admittunt]q(ue) nouum conc[au]a saxa diem.

frustra ba]rbaricis [fremuerunt] ausibus hostes
foedaruntque] sacrum [tela cr]uenta locum.
inclyta] sed melius [splendescit] martyris aula
auctoremq(ue) [grauant imp]ia facta suum.
praesule Vigilio sum[pserunt] antra decorem,
praesbyteri Andreae cur[a] peregit opus. †

Fragmenta tituli aetatis Vigilianae ad cryptam Hippolyti (cf. n. 82) spectantis tractauit Rossius Bull. crist. 1882 p. 56 sqq. (cf. 1880 p. 38, 1881 p. 40 sq.). retinui eius supplementa ex parte incertiora. litterae quodammodo calligraphiam Philocalianam imitari dicuntur, 'quali furono in usu nel secolo sesto, massime nei ristauri del papa Vigilio dopo i guasti dei Goti' (cf. n. 89 c. adn.). martyris cryptam Prudentius Perist. XI 153 sqq. describit ita

haud procul extremo culta ad pomeria uallo
mersa latebrosis crypta patet foueis.
huius in occultum gradibus uia prona reflexis
ire per anfractus luce latente docet.
primas namque fores summo tenus intrat hiatu
inlustratque dies lumina uestibuli:
inde, ubi progressu facili nigrescere uisa est
nox obscura loci per specus ambiguum,
occurrunt caesis inmissa foramina tectis,
quae iaciunt claros antra super radios.
quamlibet ancipites texant hinc inde recessus
arta sub umbrosis atria porticibus,
attamen excisi subter caua uiscera montis
crebra terebrato fornice lux penetrat.
sic datur absentis per subterranea solis
cernere fulgorem luminibusque frui.
talibus Hippolyti corpus mandatur opertis,
propter ubi adposita est ara dicata deo.

1 comparat Rossius Prud. XI u. 175 *mira loci pietas et prompta precantibus ara* 2 *priscum, nobile* sim. Rossi 3 melius *ueneranda*, eadem clausula 12,2 4 sqq. cf. n. 95 7 non bene expletus a Rossio. melius Buecheler *Roma pereg*]*rinum*, quoniam *saecula* pro certo habendum; *specula* Rossi

pro *specularia* accipiens, parum probabiliter, etsi conferri potest locus Lib. pontif. in uita Sergii (I p. 375) *similiter et specula* (*specularia* Ducange gloss. s. u. *speculum*) *eiusdem ecclesiae, tam quae super sedem uel regias argenteas maiores sunt, renouauit*

8 *concaua saxa* Verg. Georg. IV 49, Aen. V 677, Ouid. Her. X 22. cf. Ou. Art. am. III 807 *nec lucem in thalamos totis admitte fenestris* 9 *fremit Gratianus ut hostis* 46,6 10 *telaque cruenta* 8,6 (u. adn.) 11 cf. 82,5 13 *praesule Vigilio* adn. 89, 9 14 de Andrea presbytero u. quae adnotauit Rossius l. c. p. 64 sqq. clausula Ouidi Am. I 4, 48 *dulce peregit opus* (= Art. am. II 480)

84

Constantina deum uenerans Christoque dicata
Omnibus impensis deuota mente paratis
Numine diuino multum Christoque iuuante
Sacraui templum uictricis uirginis Agnes,
Templorum quod uincit opus terrenaque cuncta,
Aurea quae rutilant summi fastigia tecti.
Nomen enim Christi celebratur sedibus istis,
Tartaream solus potuit qui uincere mortem
Inuectus caelo solusque inferre triumphum
Nomen Adae referens et corpus et omnia membra
A mortis tenebris et caeca nocte leuata.
Dignum igitur munus martyr deuotaque Christo
Ex opibus nostris per saecula longa tenebis,
O felix uirgo, memorandi nominis Agnes.

Acrostichis inscripta erat apsidi basilicae, quam in honorem s. Agnetis Romae condiderat Constantina, quae Constantini Augusti filia putatur primum Hannibaliano Regi nupta deinde Gallo Caesari (a. 351, cf. Amm. Marc. XIV 1, 2; 7, 4). de codicibus, ad quos recensui, in praefatione dictum est. ediderunt

Fabricius p. 772 (e codice aliquo), Gruter. 1161, 9 e Scaligeranis (inde Orelli 1097 aliique), Baronius a. 324 (exemplum Gruterianum) et a. 360 (exempl. Fabric.), Sarazani n. 3, Riuinus n. 11 (a prioribus), Merenda in adn. ad n. 29 (adhibito cod. p^1), Mazochius III p. 740 (e Grut.), Faustinus Areualus in notis ad Prud. perist. XIV (Migne Patrol. LX p. 590 sq.) usus codicibus Vaticanis aliisque, Armellini Cimitero di s. Agnese p. 369, Garrucci Arte cristiana I p. 448 (e cod. G), Rossi IChr. II p. 44 (ex eodem cod.), Buecheler Anth. epigr. n. 301 (ex Rossio)

Varie inscribunt codices in praefatione descripti ‖ 2 *inpensis* Ap^1p^2 | *pararis* A ‖ 3 *nomine* G | *multumque* $\overline{\chi po}$ *iubuante* (*b* litt. erasa) G ‖ 4 *sacrauit* $p^1p^2s^1s^2$v Iso et editores plerique | *uirgines* G ‖ 5 *templorumq; uincit* A, *templorum quae uicit* Grut. | *terrenãque* A | *uncta* G, *iuncta* Merenda ‖ 6 *aureaq;* A, *aurea q̃* v, *aureique* G, *aurea quod* Garrucci, *aurea nam* editores Damasi secuti Fabricium | *rutilat* Grut. | *templi* $p^1p^2s^1s^2$v Iso ‖ 9 *inuectus caelo solusque inferret* A, *inuictusque caelo solus ferre* G, *inuectus celo solus inferre* p^1 (p^2 manu prima, manus altera post *solus* inseruit *que*), *inuectus c. solus perferre* v, *inuictum solus caelis inferre* Fabricius (*solus qui ferre* Garrucci) ‖ 10 et 11 om. Fabric. ‖ 10 *nomen adae referens* ita recte p^2s^1v Iso, *nomen addereferens* G, *nomen aduereferens* A, *numina uera ferens* s^2 (idem adscr. in s^1), *nomen ferens* p^1, *nomen adhuc referens* Grut. Saraz. Riuin. Merenda | *et corpus et*] corruptum fere in codd. Prudentianis: *retro ciet* $s^1s^2p^2$ (hic in rasura), *retorqui et* p^1 (sed *retro ciet* suprascr.), *de*^*re*^*torquet et* v, *detorquet et* Iso, *retorquet et* in aliis ‖ 11 *a moris* A, *amo* p^1 ‖ 12 *Agnes* pro *igitur* Fabric. Baronius (a. 360) Sarazani ‖ 13 *tenebris* G (litt. *r* erasa) ‖ 14 *filex* G

Ad u. 2 *deuota mente parentes* in carmine codicis Petropolitani apud Rossium IChr. II p. 83, 26 u. 1 (= Buecheler Anth. epigr. n. 787) 5 Ouid. Trist. III 7, 20 *uincet opus* 6 *summi fastigia tecti* clausula Vergili Aen. II 302 VIII 366 9 Verg. Aen. I 155 *caeloque inuectus aperto*, cf. XII 76 sq. 10 Verg. Aen. V 564 *nomen aui referens Priamus* 11 *nocte caeca* Verg. Georg. III 260 12 *munera digna* Verg. Aen. V 354, Ouid. Am. I 14, 54, infra 98 *digna munera Cristi*; *deuotus Christo* supra 37,4 13 *per saecula longa* Ouid. Met. XV 446, *post saecula longa* ex Ponto III 3, 81 14 Verg. Aen. III 321 *o felix . . . uirgo*. Prud. Perist. XIV 124 eandem martyrem *o uirgo felix* compellat

85

THEODORA QVE VIXIT ANNOS XXI M VII
D XXIII IN PACE EST BISOMV

Amplificam sequitur uitam dum casta Afrodite,
Fecit ad astra uiam, Christi modo gaudet in aula.
Restitit haec mundo semper caelestia quaerens,
Optima seruatrix legis fideique magistra
Dedit egregiam sanctis per secula mentem.
Inde per eximios paradisi regnat odores,
Tempore continuo uernant ubi gramina riuis,
Expectatque deum superas quo surgat ad auras.
Hoc posuit corpus tumulo mortalia linquens,
Fundauitque locum coniunx Eua[grius ins]tans.

DEP · DIE . . . . .
ANTONIO ET SIAGRIO CON[ss]

Pars lapidis litteris pessimis et attritu consumptis translata est a coenobio s. Laurentii ad aedem s. Agnetis uia Nomentana, ubi descripsit Rossius. uu. 3—9 extant in L, unde ediderunt Grut. 1177, 5 et Rossi IChr. II p. 118, 104. integrum exhibent schedae Suaresii Barberinianae XXXVIII 100, Spon Voyages III p. 13. 14, Donati Thes. inscr. suppl. cl. V p. 188, 1 e schedis Stoschianis, mutilum (uu. 7—14) Maffei Museum Veron. 279, 2. pleniorem recensionem Rossius dedit IChr. I p. 141 n. 317. post hunc ediderunt Armellini Cimitero di s. Agnese p. 387 n. XXVI, Buecheler Anth. epigr. n. 669. cf. etiam Roller Les catacombes de Rome II p. 86 tab. LXII 7. Merendam (Append. n. V exempl. Sponii) inter carmina quae Damasum sapiant iniuria posuisse uidit Rossius

1 THEDORA Donati ¦ QVAE Spon ‖ 2 XXIIII Don. ‖ 8 *inde per* L, INTER Suar. Spon, INDE ꝑ Donati (INDER in lapide fuisse Rossius suspicatur quadratarii errore qui duas litteras omiserit) ‖ 11 HOC POSY. . . . . PVSTVMVLO Donati ‖ 12 *Euagrius instans* Rossi, EVAC. . . . . PANS Suar. (*Euacrius orans*), EVA. . . . . ANS Spon, EVAC. . . IANS Don. ‖ 14 ET om. Suar. ¦ SYACRIO Don., SYAGRIO Maffei

Ad u. 3 *casta Minerua* Ouid. Am. I 7, 18 7 *edidit* Gruterus, *et dedit* Rossius perperam, namque uu. 3—10 'Afroditen parastichide declarant, extremi duo fortasse *h(onestissimam) f(eminam)*' Buecheler. cf. Verg. Aen. I 445 *egregiam et facilem uictu per saecula gentem,* VI 235 *per saecula nomen* 9 Verg. Ecl. X 29 *nec gramina riuis,* Georg. IV 19 *tenuis fugiens per gramina riuus* 10 u. adn. 79,7 11 *mortalia linquens*, eadem clausula in titulo Arsacii CIL V p. 617, 6 (Rossi IChr. II 163, 6) 12 clausula *presbyter instans* 96,5 14 consules anni 382

86

a

Intonuit metuenda dies, surrexit in hostem,
  impia tela mali uincere cum properat;
carnificis superare uias tunc mille nocendi
  sola fides potuit, quam regit omnipotens.

b

Corporeis resoluta malis duce praedita Christo
  aetheris alma parens atria celsa petit.
insontes pueros sequitur per amoena uirecta,
  tempora uictricis florea serta ligant.
purpuream rapiunt animam caelestia regna,
  sanguine lota suo membra tegit tumulus.
si titulum quaeris, meritum de nomine signat,
  ne opprimeris . . . . fuit ista mihi.

a et *b* coniuncta traduntur in P et V. pertinent ad monumentum s. Felicitatis (cf. n. 41*) uia Salaria noua teste V. ex hac sylloge edidit Rossius Bull. crist. 1863 p. 43, ex utraque idem IChr. II p. 88 n. 33. 34 p. 136 n. 13. 13[a] (inde Armellini, Chiese di Roma p. 668). *b* praeterea extat in L, Grut. 1176, 8, Mai Script. uet. V p. 393, 7, Rossi IChr. II p. 116 n. 92. auctor carminum (Bonifatius I ?, Rossi l. c., Kraus Roma sott.[2] p. 537, Duchesne Lib. pontif. I p. 229, IFuehrer Ein Beitrag zur Loesung der Felicitasfrage p. 71. 95 sq.) Damasum imitatus est

a *isti uersiculi sunt scripti in introitu ecclesiae* V, scil. s. Felicitatis, praecedit enim n. 41, quod confer ‖ 1 *ueneranda dies* P | *hoste* P ‖ 2 *mari* P ‖ 3 *cernificis* P | *tum* corr. ex *cum* P ‖ 4 *quem* V | *reget* P b 1 om. P ‖ 2 *aetheriis* V | *partens* L ‖ 3 *pro* L ‖ 4 *tempore* PL | *floria* P | *seria* V ‖ 5 *purpuriam* P, *purpoream* L | *rapiant* P, *quoq· recipiant* V ‖ 6 *tota* Grut. | *tenet* V ‖ 7 *si titulum* L, *stimulum* P, *si tumulum* V ‖ 8 om. PL, Rossius explet *ne opprimerer bello dux* (uel *lux*) *fuit ista mihi*, alius auctor a Rossio citatus *ne opprimerer tenebris lux*, Buecheler nomen eius qui titulum signauit desiderans talia conicit *signat Neo pari matris,* [*dux*

Ad a 2 *impia tela* cf. 1,12 c. adn. 3 *carnificumque uias pariter tunc mille nocendi uincere quod potuit* Damasus de Eutychio martyre 27,2 (u. adn.) 4 *uerbera carnificis .... uincere Laurenti sola fides potuit* 32 b 2 *alma parens* Verg. Aen. X 252, Ouid. Met. XIV 546. *aetheris alta petit Christo comitante beatus* 30, ubi uide adnotata 3 *insontem puerum* initium Damasi 44. *et amoena uirecta* clausula Vergili Aen. VI 638, *perque amoena uirecta* infra 98; cf. Dracont. de deo III 679, Ven. Fort. uita Mart. I 89 aliosque 4 *florida serta* Ouid. Fast. VI 312, *florea rura* Verg. Aen. I 430 5 Verg. Aen. IX 347 *purpuream uomit ille animam.* Damasus *rapuit sibi regia caeli* sim. 10. 12. 21. 23 6 *lauat omnia sanguis* 27,7. lectio codicis V fortasse uerior propter 27,10 *latebra insontis quae membra teneret*, cf. 23. 31. 53 7 *si quaeris* 10. 12. 34. Verg. Aen. I 277 *de nomine dicet*

87

Hic uotis paribus tumulum duo nomina seruant
　　Chrysanthi Dariae, nunc uenerandus honor,
effera quem rabies neglecto iure sepulchri
　　sanctorum in tumulos praeda furentis erat.
pauperis ex censu melius nunc ista resurgunt,
　　diuite sed uoto plus placitura deo.
plange tuum, gens saeua, nefas: periere furores,
　　creuit in his templis per tua damna decus.

Ad sepulcrum ss. Chrysanthi et Dariae uia Salaria noua pertinet (Acta SS. XI Oct. p. 437 sqq.). seruauerunt P (bis), L (bis), H, V. Rossi IChr. II p. 84 n. 29 p. 87 n. 31[d] p. 101 n. 22 (uu. 5—8, Grut. 1171, 8, Marinius apud Maium Script. uet. V

p. 82, 2) p. 102 n. 28 (uu. 1 et 2, Grut. 1171, 14) p. 102 n. 29 (uu. 3—4, cf. adn. ad n. 80) p. 116 n. 90 (integrum, Grut. 1176, 6 Marinius l. c. V p. 372, 6) p. 121 n. 8 p. 135 n. 8. e Grutero sumpserunt Sarazani n. 36, Riuinus n. 28, Merenda n. 28. quo de carmine, quod plerique Damaso uindicauerunt, Rossius recte iudicauit incisum esse saeculo demum sexto post bellum Gothicum (Bull. crist. 1873 p. 46. IChr. II p. 135 ad n. 9, cf. Wilpert Roem. Quartalschr. II p. 18, Duchesne Lib. pontif. I p. 294; supra adn. ad n. 45). coemeterium martyrum postea ab Hadriano papa (a. 772—795) renouatum est (Lib. pontif. I p. 509)

Isti uersiculi scripti sunt supra sepulchrum Crisanti et Dariae V ‖ 1 *hinc* V | *uotibus* P | *patribus tumulus* H | *seruat* H ‖ 2 *crisanti* et *crysanti* codd., utraque forma saeculo illi apta (cf. CIL II 2263 IX 3383 XII 3520 cet.) | *uersandus* P | *inonor* P n. 31[d] ‖ 3 *que* P, *quem* reliqui. de exclamatione *effera quam* (*quae* Merenda) *rabies!* cogitaueram, sed nimii affectus uidetur; Rossius p. 116 ad n. 90 subintellegit *uiolauit* intolerabili sermonis hiatu, *effera quom rabies neglexit iura* Riuinus audacius, *effera quom rabies ... tumulos, pr. f. e.* Buecheler (i. e. cum efferaret rabies aduersus s. tumulos) | *neclecto* L n. 90 | *sepulchro* et *sepulchru* P ‖ 4 *tumulus* ego olim secutus Riuinum et Merendam, *in tumulos* codd., *tumuli praeda furentis erant* Rossius mauult Bull. crist. 1880 p. 37 sq. (cf. Wilpert l. c. p. 17) | *preta* et *praeta* P ‖ 5 *pauper* L loco priore | *excessu* L n. 22 et H ‖ 6 *placidos ad deo* et *placidus adeo* P, *placitus adeo* H ‖ 7 *perire* P altero loco et H | *furore* P ‖ 8 *creuisti* P | *dampna* V

Ad u. 1 *hanc aram domini seruant Paulusque Iohannes* 58*
3 Dracont. II 715 *improba quam rabies*, III 375 *barbara quem rabies.* Ouid. Met. XIII 472 *ius triste sepulcri* 6 CIL V 6734 *sed placitura deo generis superauit honorem*; Ouid. Met. XIV 150 *nec placuisse deo* 7 clausula Ouidi Met. IX 602 *aperire furores* 8 Ouid. ex Ponto IV 12, 40 *creuit honor*

88

Saturnine tibi martyr mea uota rependo.

Versus scriptus 'in ecclesia sancti Saturnini' (uia Salaria noua) teste V, Rossi IChr. II p. 136 n. 11 (praecedit carmen n. 43, sequitur epitaphium s. Felicitatis n. 41*)

Iam Didiot, qui syllogen Virdunensem typis exprimendam curauit (Revue des sciences ecclésiastiques 1875, Ambianis) suspicatus erat hunc uersum longioris epigrammatis initium esse, cum extremam paginam occupet, ut unum aut alterum codicis folium perire potuerit. cuius iacturae nullum indicium

apparere Rossius adfirmat. equidem Damasi uersum esse confido auulsum nescio quo casu ab elogio s. Saturnini n. 46, ubi uide adnotata

89

Dum peritura Getae] posuissent castra sub urbe,
mouerunt sanc]tis bella nefanda prius
istaque sacrileg]o uerterunt corde sepulchra
martyribus quo]nd[a]m rite sacrata piis,
quos monstrante de]o [Da]masus sibi pap[a] probatos
affixo monuit carmine iure coli.
sed periit titulus confracto marmore sanctus,
nec tamen his iterum posse latere fuit:
diruta Vigilius nam mox haec papa gemescens
hostibus expulsis omne nouauit opus.

Inscriptum erat monumento ss. Vitalis Martialis Alexandri trium e septem Felicitatis martyris filiis in coemeterio Iordanorum uia Salaria (Rossi Roma sott. I p. 176. 177 Bull. crist. 1884—1885 p. 154). ex L edidit Grut. 1171, 4 (a quo pendent Baronius a. 384, Sarazani ad n. 22, Riuinus n. 24, Mai Script. uet. V p. 411, 8 aliique), ex L et V Rossi IChr. II p. 100 n. 18 p. 137 n. 20. idem carmen pluribus sepulcris a Gothis saeculo sexto dirutis uidetur inscriptum fuisse, eiusdem enim fragmentum in coemeterio Petri et Marcellini 'ad duas lauros' uia Labicana repertum est, quod nunc extat in museo Lateranensi (class. III n. 6), Rossi Bull. crist. 1877 p. 21 et Mus. Pio-Lat. tab. III 6, ThRoller Les catacombes de Rome II p. 77 tab. LXI n. 6. cf. Rossi Roma sott. I p. 217 sq., Kraus Roma sott. p. 109, Duchesne Liber pontif. I p. 294, Wilpert Roem. Quartalschrift II p. 16 sq., et adnot. supra ad n. 29

Sancti Vitalis m(artyris) et sancti Martialis et sancti Alexandri L, *ad s. Alexandrum super tumbam eius* V || 1 *Dum* codd., *Cum* Rossi Bull. crist. 1876 p. 125 et Mus. Pio-Lat. p. 7 | *gethae* L, *gethe* V || 3 *sepulchra* L et lapis, *sepulchro* V || 8 *lataq.* pro *latere* V || 9 *dirupta* V | *uigilibus* L | *iam* V | *gemescens* codd. (*gemiscens* V teste Rossio p. 101 ad n. 18 errore calami ut uidetur)

Ad u. 2 cf. Verg. Aen. XII 572 *haec belli summa nefandi* 4 Ouid. Fast. I 610 *templa sacerdotum rite dicata manu* 6 sq. Damasiani carminis uestigia apparuerunt nulla

9 Vigilius papa sedit ab anno 537 ad 555. eiusdem titulus supra n. 83. cf. etiam n. 99 et elogium Eusebii 18 saeculo sexto instauratum. ecclesias et sepulcra martyrum a Gothis diruta memorat Liber pontif. in uita Siluerii I p. 291   10 *hostibus extinctis* 61. clausula Ouidi Ars am. III 346 *ille nouauit opus*

90

Fragmentum litteris altis et profundis 'di bellissimo tipo non esattamente damasiano, ma imitante quella calligrafia solenne degli elogi dei martiri' rep. inter coemeteria Thrasonis et Iordanorum uia Salaria noua



Rossi Bull. crist. 1873 p. 16 et 43 sqq. c. tab. VI 3, qui propter litterarum formam aetati fere Siricianae tribuit, uersum alterum exempli gratia explens ita [*Siricius uener*]*ans hunc* [*reddit carmine honorem*]. de ueris supplementis desperandum, adscribo tamen quae Doulcet temptauit (u. IFuehrer Ein Beitrag zur Loesung der Felicitasfrage p. 119) [*reddit Alexand*]*ro septem de* [*fratribus uni Symmachus obseru*]*ans hunc* [*carmine praesul honorem*]; u. 3 ..*obis* uel ..*oris iactu*[*ra* ...?

91

Qui natum passumque deum repetisse paternas
sedes atque iterum uenturum ex aethere credit,
iudicet ut uiuos rediens pariterque sepultos,
martyribus sanctis pateat quod regia caeli
respicit interior, sequitur si praemia Christi.

Hexametri subscripti picturis ut uidetur, quibus Caelestinus papa (cf. n. 92) coemeterium Priscillae uia Salaria noua exor-

nasse traditur (cf. litteras ab Hadriano I ad Carolum imperatorem datas, Mansi Concil. XIII p. 801), spectantes ad Felicem Philippumque martyres. in T et V praemissi leguntur epigrammati de illis martyribus Damasiano (supra n. 47), Rossi IChr. II p. 62, 2 p. 138, 23. ex V Rossi antea ediderat Bull. crist. 1880 p. 44 sq., ex eiusdem codicis apographo Mabilloniano (cod. Parisin. 11902) Le Blant Inscr. chrét. de la Gaule praef. p. CXXXIV. cf. Duchesne Lib. pontif. I p. 231, Wilpert Roem. Quartalschr. II p. 12 sq., ESteinmann Die Tituli und die kirchliche Wandmalerei im Abendlande (Lipsiae 1892) p. 27. auctor Damasiana uidetur compilasse

Lemma quod praefigit V *epitaphium sanctorum Felicis et Philyppi martyrum* ad elogium Damasianum n. 47 pertinet

1 *reppulisse* V   2 cf. 7 *o semel atque iterum*   3 *pariterque* uox Damasiana, eodem pede 23. 47. cf. 4 *communi lege sepultos*   4 exordium et clausula Damasi 42 (cf. 97). 10. 12. 21. 23. 49   5 *praemia uitae* exitus Damasi 2. 13. (58*)

92

Praesul apostolicae sedis uenerabilis omni
quem rexit populo, decimum dum conderet annum,
Caelestinus agens uitam migrauit in illam,
debita quae sanctis aeternos reddit honores.
corporis hic tumulus: requiescunt ossa cinisque
nec perit hinc aliquid domino, caro cuncta resurgit.
terrenum nunc terra tegit, mens nescia mortis
uiuit et aspectu fruitur bene conscia Christi.

Epitaphium Caelestini papae uia Salaria noua in coemeterio Priscillae sepulti (Rossi Roma sott. I p. 139. 142. 176 sq. Duchesne Lib. pontif. I p. 231). ex L edidit Grut. 1171, 5 (inde Riuinus n. 25), ex T et L Rossi IChr. II p. 62, 1 p. 101, 19. cf. carmen quod praecedit

1 *uenerabis* T   2 sedit Caelestinus ab anno 422 ad 432

4 *debitamque* T. Maximian. eleg. V 52 *debita redde mihi*. clausula *reddit honorem* 11, 7   5 *cineres atque ossa* 4   6 *resurgit* codd., *resurget* Rossi   7 Verg. Aen. X 500 *nescia mens hominum fati sortisque futurae*   8 Verg. Aen. I 604 *mens sibi conscia recti*, Ouid. Fast. IV 311 *conscia mens recti*

93

Liberium lector mox et leuita secutus,
post Damasum, clarus totos quos uixit in annos,
fonte sacro magnus meruit sedere sacerdos,
cunctus ut populus pacem tunc soli clamaret.
hic pius, hic iustus felicia tempora fecit,
defensor magnus, multos ut nobiles ausus
regi subtraheret ecclesiae aula defendens.
misericors largus meruit per saecula nomen.
ter quinos populum qui rexit in annos amore,
nunc requiem sentit caelestia regna potitus.

Epitaphium Siricii papae sepulti in coemeterii Priscillae basilica s. Siluestri uia Salaria noua (Rossi Roma sott. I p. 138 sq. 176). ex L edidit Grut. 1171, 16, ex L et V Rossi IChr. II p. 102 n. 30 p. 138 n. 21 (inde Duchesne Lib. pontif. I p. 217) *Ad sanctum Siluestrum ubi ante pausauit super illo altare* inscribit V, cf. Rossi l. c. p. 133 § 5 1 *Liberum* V. fuit igitur Siricius lector et post diaconus sub Liberio primum, qui sedit ab anno 352 ad 366, deinde sub Damaso diaconium tenuit, cui successit a. 384 2 *claros* V 3 cf. adn. 5* 4 *damnaret* L. lectionem codicis V tuetur Rossius ('sacerdoti *pacem clamare* est eum salutare, cum eo *communicare*: *cunctus populus* Siricium *solum* sublato dissensu et schismate *sacerdotem magnum* elegit acclamauit'), *cunctis ut populis pacem tunc solidam daret* Gruter, *cunctis ut populis pacem tutam solidaret* Papebroekius a Rossio citatus, *pacem tunc solidam amaret* proposuit Kroll Philol. 1892 p. 559. item uu. 6—9 lectiones codd. Rossius retinet, non perfectos hexametros sed 'quasi uersus' esse ratus 7 *aula* traditur et *aula* ecclesiae argute opposita est aulae regis: utrum pro *aulam* scriptum sit an (*ab*) *aula defendens ausus* nemo decernat. an *asyla*? 8 *meruit per saecula nomen* supra 41*, cf. 57,7 *teneant per saecula nomen* 9 *ter quinos*, sedit Siricius ab anno 384 ad 399 10 cf. 7,3 *caelestia regna petisti*

94

Fragmentum 'con grandi lettere ad apici ricciuti, del tipo di quelle che rozzamente imitarono le damasiane, massime nel secolo sesto' rep. a. 1864 in coemeterio Priscillae uia Salaria noua

. . . ISM . . .

. . . CPR . . .

Rossi, Bull. crist. 1880 p. 41. litterae ita sunt ordinatae ut fragmentum esse conicias tituli gemelli infra (103) posito uu. 9 et 10:

ATTICAFELICISMAGNI
SVMPTIBVSHOCPROPRIIS

95

Dum lucem cupimus tectis admittere, martyr,
nostra dies meruit lumen habere tuum.
te paradisus habet, lux est quaesita sepulchro,
ne tibi uel tumulum mortis imago grauet.

Tetrastichum subiunctum elogio Mareae presbyteri (*Digne tenes praemium Marea pro nomine Christi* e. q. s.) traditur in P et L. de loco non constat, probabiliter tamen Rossius ad uiam Salariam siue nouam siue ueterem rettulit, IChr. II p. 83, 24 p. 117, 99, cf. Bull. crist. 1869 p. 17 sqq. 1882 p. 60. ex L Gruterus ediderat 1176, 13

1 *lucem* om. P | *cupimur* L | *martis* L, *mortis* Grut. ‖ 3 *paradysus* L | *quaerita* L ‖ 4 *mortis* Rossi recte, *mentis* P, om. L

Ad u. 1 cf. 83,4.8 3 *nunc paradisus habet* 21*,7 (u. adn.) 4 *et plurima mortis imago* Verg. Aen. II 369. cf. Ouid. Tr. I 11, 23 *mortis imago* (id. saepius), Petron. sat. 124 u. 257 *et lurida mortis imago.* Hilarii Genesis 64 (Corp. scr. eccl. lat. XXIII p. 233) *nox mortis imago est.* Inc. adu. Marcionem III 96 *nox est mortis imago.* Paul. Nol. XXXIII 69 *dum fallit mortis imago*

96

Aspice descensum, cer]nes mira[bi]le fact[um. ☧
sanctorum monumenta u]ides [pat]efact[a sepu]lcrhis.
martyris hic Proti tumul]us iacet adque Yachinti,
quem cum iam dudum te]geret mons, terra, caligo,
hoc Theodorus opus const]rucxit presbyter instans,
ut domini plebem opera] maiora tenerent. ☧

Pertinet ad monumentum ss. Proti et Hyacinthi in coemeterio Hermetis uia Pinciana, ubi fragmenta marmoris nuper in lucem redierunt, Rossi Bull. crist. 1894 p. 32 sqq. (cf. p. 107. 112. 119), Gatti Notizie degli scavi 1894 p. 144. integrum seruauit L. Grut. 1173, 11, Baronius a. 384, Sarazani n. 33, Merenda n. 27, Mai Script. uet. V p. 400, 4; Rossi IChr. II p. 108 n. 58; Buecheler Anth. epigr. n. 852. Theodorus ille qui *opus construcxit* aequalis fere Damasi putari potest idemque carmen haud elegans uidetur condidisse. litterae enim, etsi teste Rossio typum Philocalianum prae se ferant, paullo neglegentius insculptae sunt 'rivelanti la mano piuttosto d' un apprendista, che quella del famoso calligrafo Furio Dionisio Filocalo'. adde orthographica Philocalianis parum consentanea u. 2 *sepulcrhis*, 3 *adque Yachinti* (*atque iacincti* L), 5 *construcxit*, et monogramma uersibus primo et extremo adiectum ☧, quod in titulis uere Damasianis adhuc non comparuit; denique stilus diuersus est (Mus. Rhen. L p. 198). Damasianum de iisdem martyribus carmen supra n. 49 habes, cf. etiam quod sequitur n. 97

1 *aspice descensum*, hinc carminis 19 uersum primum Rossius explere conatus est. comparat Amend p. 11 Dracontii initium *aspice despectum* de deo I 747 3 *martyris hic Mauri tumulus* 44. YACINTHI in exemplo Gattii, cf. adn. 49,4 5 Verg. Aen. I 504 *instans operi*. cf. 85,12 6 cf. 33*,9 *merui plebem Christi retinere sacerdos*

97

Martiribus sanctis Proto pariterque Hiacyntho
Simmachus hoc paruo beneratus honore patronos
exornabit opus, sub quo pia corpora rursus
condidit; his aeuo laus sit perennis in omni.

Epigramma Symmachi pontificis, qui sedit ab anno 498 ad 514, e schedis Fuluii Vrsini ediderunt Marinius apud Maium Script. uet. V p. 148, 4 et Rossi IChr. II p. 42. ex Rossio Grisar Zeitschrift f. kathol. Theologie XIII 1889 p. 107, Duchesne Lib. pontif. I p. 266. cf. Lib. pontif. I p. 261 (Symmachus fecit) *confessionem sancti Cassiani et sanctorum Proti et Yacinthi*. epigramma ad ipsum sepulcrum uia Pinciana situm (cf. 49 et 96) uidetur pertinere, non ad 'confessionem' i. e. reliquiarum loculum a Symmacho ornatum in aede s. Andreae apostoli ad basilicam Vaticanam, u. Rossium l. c. p. 207 et 457 sq. retinui orthographiae formas traditas saeculo sexto conuenientes, sed fortasse non genuinas

1 stilum sapit Damasi, *martyribus sanctis* 42 (cf. 91), *pariterque* 23. 47. 61. de *Hiacyntho* u. adn. 49,4

98

Felix digna tulit parum munera Cristi
Et suo con(ten)tus habuit per saecula nomen
Laetificum renouans pri(ma ab ori)gine tempus
Infandaqu(e fu)giens istius iurgia saecli.
Certum est in regn(um caeli) perque amoena uirecta
Istum cum electis ire et habitu(ru)m praemia digna,
Semper et adsiduae benedici pro munere tali.
qui uixit an. LXIIII m. VIII d. XXIII, dep. VI id. Ian.
Fl. Stilicone cons.

Acrostichum mendosissime insculptum a lapicida ad pariles litteras aberrante. rep. uia Pinciana in coemeterio Hermetis. Gatti Notizie degli scavi 1894 p. 143, Rossi Bull. crist. 1894 p. 24 et 64, Buecheler Anth. epigr. n. 858. expleuerunt Rossi et Buecheler. omitto leuiora peccata ut u. 1 *dicna iulit*

1 post *parum* Rossius *senex* inserit, sed *parum* corruptum uidetur, cogitari possunt qualia Buecheler proposuit *par summis*, *parua re*, *paru diues*, *paruorum*, hoc non male conl. euang. Marci X 15. cf. 84,12 *dignum munus* 2 cf. 28* *contentusque suo*. de clausula u. adn. 41,3 et 57,7 3 *prigine* lapis. cf. Verg. Aen. I 372 *prima repetens ab origine pergam*, Ouid. ex Ponto IV 8, 17 *ab origine prima* 4 *infandaquciens* lapis. Ouid. Fast. I 73 *insanaque iurgia* 5 *regnierque* lapis. clausula Vergili Aen. VI 638 *et amoena uirecta*, supra 86[b] *sequitur per amoena uirecta* 6 *ire et* Buecheler pro *erit*, *habiturum* idem pro *habitum* 9 EL pro FL lapis. consul est anni 400

99

Hic furor hostilis templum uiolauit, iniquus
cum premeret uallo moenia septa Getes.
nullius hoc potuit temeraria dextera gentis,
haec modo permissa est quod peritura fuit.

[illegible] hoc tumulo sanctorum pessimus hostis,
[illegible] potius repperit alma fides,
[illegible] siquidem reparato fulget honore,
[illegible] hostili creuit amor tumulis.
[illegible] nunc gratus deuotae munera mentis,
[illegible] martyr, cui dedit ista uolens.

[illegible] sepulcrum Diogenis martyris uia Salaria uetere per- [illegible] tur (Rossi Roma sott. I p. 176. 177). ex L ediderunt [illegible] 13 (inde Baronius a. 384) et Marinius apud Maium [illegible] V p. 120, ex P et L Rossi IChr. II p. 83 n. 25 p. 100 [illegible] hoc Duchesne Lib. pontif. I p. 293). non ante sae- [illegible] sextum titulum positum esse ex argumento apparet (cf. [illegible] 89). adiungit L distichum

quisquis ad hoc templum petiturus dona recurris,
spes tibi sit: larga est munere uera fides

[illegible] carmine alienum, cf. Rossi l. c. p. 80 n. 9
1 *iniquos* P 2 *gentes* P 3 *gentes* P 4 caue mutes quidquam. cf. 89,1 *dum peritura Getae posuissent castra sub urbe* 6 *potium* P 7 *fulgit* L 9 *hoc hoc* pro *nunc* et [illegible] *munere* P. cf. 84,2 *deuota mente*

100

Adonis martyrol. ad d. 26 Nou. (= Acta SS. Sept. VI p. 228) *sanctus autem Crescentianus et hi qui cum illo erant reuelante martyre tulerunt sanctas reliquias* (scil. Alexandri martyris) *et sepelierunt in loco, ubi orans fornacis ignem extinxerat, et posuit supra scriptum marmor continens:*

hic requiescit sanctus et uenerabilis martyr Alexander
episcopus, cuius depositio celebratur XI kal. Octobres.

cui papa Damasus postmodum cryptam condignam faciens illic eum sexto kal. Dec. transposuit, quando et festiuitatem ei dicauit. martyris monumentum uia Cassia situm erat prope Baccanum. Rossi Bull. crist. 1875 p. 146 sqq. 1884—1885 p. 24. inscriptio usui Damasiano non conuenit

101

Iste salutares fons continet inclitus undas
et solet humanam purificare luem.
munia sacrati quae sint uis scire liquoris:
dant regnatricem flumina sancta fidem.
ablue fonte sacro ueteris contagia uitae,
o nimium felix, uiue renatus aqua.
hunc fontem quicumque petit, terrena relinquit,
subicit et pedibus caeca ministeria.

Scriptum fuit 'ad fontem' ecclesiae s. Laurentii in Damaso teste V, ubi distichum Damasi n. 55 praecedit. post Sirmondum (ad Sidon. Apoll. III ep. 12, unde pendent Sarazani n. 38 et Marinius ap. Maium Script. uet. V p. 170, 1) edidit Rossius IChr. II p. 135 n. 6. Damaso iam Merenda abiudicauerat p. 241 ad n. 35, cf. Rossi Bull. crist. 1884—1885 p. 10. similis argumenti epigrammata n. 72—74. 105

1 *salutaris* Sarazani 5 *ablue fonte manus* 74,8 6 Stat. Silu. V 5, 59 *o nimium felix*, III 3, 25 *felix, a, nimium felix.* cf. Verg. Georg. II 458 *o fortunatos nimium*

102

Non mirum est, fallax nimium quod flamma minatur
martyris et corpus nil nocitura cremat.
namque docet fidei magnam sine uindice poena
ad caelum mediis ignibus esse uiam.
hunc etenim fruitur martyr Laurentius ignem
et meritis summis ne moriatur agit.

Ex L, qui solus seruauit cum lemmate *in eandem beati Laurentii martyris,* ediderunt Grut. 1164, 12, Marinius apud Maium Script. uet. V p. 33, 3, Rossi IChr. II p. 151, 24. Damaso uindicauerunt argumentis non adlatis Baronius a. 384 et Sarazanius n. 19, fortasse quia in codice praecedit carmen Damasianum 57; utrumque enim legebatur in ecclesia s. Laurentii in Damaso. iure damnauit Merenda (ad n. 14)

2 ac corpus Grut. 3 *uindice poena* clausula Catulli 64, 192, cf. Ouid. Met. I 230 *uindice flamma*, Petron. sat. 119 u 50 *sine uindice praeda*

103

Quisquis plena deo mysteria mente requiris,
huc accede, domus religiosa patet.
haec sunt tecta pio semper deuota timori
auditumque deus commodat hic precibus.
ergo letiferos propera conpescere sensus,
iam propera sacras laetus adire fores,
ut transacta queas deponere crimina uitae
et quicquid scelerum noxius error habet.
Attica Felicis Magni clarissima coniunx
sumptibus hoc propriis aedificauit opus.

Fuit in ecclesia s. Laurentii in Damaso teste codice L, qui solus seruauit. Gruter. 1164, 13, Marinius ap. Mai Scr. uet. V p. 136, 1, Rossi IChr. II p. 151 n. 25. cum Sarazanius (n. 20) adnotet Atticam uxorem fuisse Felicis Magni clarissimi uiri, ad quem Sidonius Apollinaris carmen scripsit IX (cf. XXIV 91), parum intellego, cur hoc carmen in Damasianorum numerum receperit (cf. etiam Baron. Ann. a. 384)

1 *riquiris* codex 5. 7 *laetiferos* et *quaeas* codex. cf. 68,4 *domuisti crimina uitae* 9. 10 cf. fragmentum 94 10 in titulo Siluii presbyteri CIL V 6817 (Rossi IChr. II p. 173, 36) *hoc proprio sumptu diuino munere dignus aedificauit opus*

104

Antistes Damasus picturae ornarat honore
tecta, quibus nunc dant pulchra metalla decus.
diuite testatur pretiosior aula nitore,
quos rerum effectus possit habere fides.
papae Hilari meritis olim deuota Seueri
nec non Cassiae mens dedit ista deo.

In absida sanctae Ana[*sta*]*siae* E, *in ecclesia sanctae Anastasie in troñ* L, Rossi IChr. II p. 24 n. 25 (= CIL VI 1 p. XI n. 23) et p. 150 n. 18. ex L ediderunt Grut. 1164, 6, Baronius a. 384, Sarazani ad n. 17, Riuinus n. 19, Marinius apud Maium Script. uet. V p. 117, 2. extabat etiam in codice Heluetico uetusto Einsidlensi simillimo, de quo uide Rossium l. c. p. 11 sq. et p. 341. Damaso Riuinus tribuit temere

5 sedit Hilarus papa ab anno 461 ad 468, Lib. pontif. I p. 242 sqq.

105

Qui peccatorum sordes abolere priorum
terrenisque optas maculis absoluere uitam,
huc ades ad Christi fontem sacrumque liquorem,
corpus ubi ac mentes pariter sensusque lauantur
aeternumque datur casto baptismate munus.
hanc autem fidei sedem construxit ab imo
militiae clarus titulis aulaeque fidelis
Romanaeque urbis praefectus Longinianus.

In s. Anastasiae in Palatino fuit 'ad fontes'. seruauit L, ubi praecedit epigramma n. 104. Grut. 1164, 7 (inde Sarazani n. 40, Merenda ad n. 36), Marinius apud Maium Script. uet. V p. 169, 1, Rossi IChr. II p. 150 n. 19, Buecheler Anth. epigr. n. 311. male inter Damasiana receptum est (Rossi Bull. crist. 1884—1885 p 10). de argumento cf. n. 72—74. 101

1 *piorum* Grut. 3 *huc ades* Verg. Ecl. II 45 VII 9, Petron. sat. 133 (u. 5) 4 *minies* L, em. Grut. 5 *aeternamque* cod. 6 *ab uno* Grut. perperam 8 *longimanus* codex. de Flauio Macrobio Longiniano (CIL VI 1188—1190) praefecto urbi a. 403, praefecto praetorio Italiae a. 406—408 uide Seeckii praef. in edit. Symmach. p. CLXXXVIII et supra adnotata ad n. 5*

106

Antistes domini celsa sacraria Christi,
 uestibulum decorat gratia pulchra loci.
quae quia compta nitet primaque in fronte renidet,
 ostendit quantum numinis intus inest.

9 Vigilius papa sedit ab anno 537 ad 555. eiusdem titulus supra n. 83. cf. etiam n. 99 et elogium Eusebii 18 saeculo sexto instauratum. ecclesias et sepulcra martyrum a Gothis diruta memorat Liber pontif. in uita Siluerii I p. 291   10 *hostibus extinctis* 61. clausula Ouidi Ars am. III 346 *ille nouauit opus*

90

Fragmentum litteris altis et profundis 'di bellissimo tipo non esattamente damasiano, ma imitante quella calligrafia solenne degli elogi dei martiri' rep. inter coemeteria Thrasonis et Iordanorum uia Salaria noua



Rossi Bull. crist. 1873 p. 16 et 43 sqq. c. tab. VI 3, qui propter litterarum formam aetati fere Siricianae tribuit, uersum alterum exempli gratia explens ita [*Siricius uener*]*ans hunc* [*reddit carmine honorem*]. de ueris supplementis desperandum, adscribo tamen quae Doulcet temptauit (u. IFuehrer Ein Beitrag zur Loesung der Felicitasfrage p. 119) [*reddit Alexand*]*ro septem de* [*fratribus uni Symmachus obseru*]*ans hunc* [*carmine praesul honorem*]; u. 3 ..*obis* uel ..*oris iactu*[*ra* ... ?

91

Qui natum passumque deum repetisse paternas
sedes atque iterum uenturum ex aethere credit,
iudicet ut uiuos rediens pariterque sepultos,
martyribus sanctis pateat quod regia caeli
respicit interior, sequitur si praemia Christi.

Hexametri subscripti picturis ut uidetur, quibus Caelestinus papa (cf. n. 92) coemeterium Priscillae uia Salaria noua exor-

nasse traditur (cf. litteras ab Hadriano I ad Carolum imperatorem datas, Mansi Concil. XIII p. 801), spectantes ad Felicem Philippumque martyres. in T et V praemissi leguntur epigrammati de illis martyribus Damasiano (supra n. 47), Rossi ICHr. II p. 62, 2 p. 138, 23. ex V Rossi antea ediderat Bull. crist. 1880 p. 44 sq., ex eiusdem codicis apographo Mabilloniano (cod. Parisin. 11902) Le Blant Inscr. chrét. de la Gaule praef. p. CXXXIV. cf. Duchesne Lib. pontif. I p. 231, Wilpert Roem. Quartalschr. II p. 12 sq., ESteinmann Die Tituli und die kirchliche Wandmalerei im Abendlande (Lipsiae 1892) p. 27. auctor Damasiana uidetur compilasse

Lemma quod praefigit V *epitaphium sanctorum Felicis et Philyppi martyrum* ad elogium Damasianum n. 47 pertinet

1 *reppulisse* V 2 cf. 7 *o semel atque iterum* 3 *pariterque* uox Damasiana, eodem pede 23. 47. cf. 4 *communi lege sepultos* 4 exordium et clausula Damasi 42 (cf. 97). 10. 12. 21. 23. 49 5 *praemia uitae* exitus Damasi 2. 13. (58*)

92

Praesul apostolicae sedis uenerabilis omni
quem rexit populo, decimum dum conderet annum,
Caelestinus agens uitam migrauit in illam,
debita quae sanctis aeternos reddit honores.
corporis hic tumulus: requiescunt ossa cinisque
nec perit hinc aliquid domino, caro cuncta resurgit.
terrenum nunc terra tegit, mens nescia mortis
uiuit et aspectu fruitur bene conscia Christi.

Epitaphium Caelestini papae uia Salaria noua in coemeterio Priscillae sepulti (Rossi Roma sott. I p. 139. 142. 176 sq. Duchesne Lib. pontif. I p. 231). ex L edidit Grut. 1171, 5 (inde Riuinus n. 25), ex T et L Rossi IChr. II p. 62, 1 p. 101, 19. cf. carmen quod praecedit

1 *uenerabis* T 2 sedit Caelestinus ab anno 422 ad 432
4 *debitamque* T. Maximian. eleg. V 52 *debita redde mihi.* clausula *reddit honorem* 11,7 5 *cineres atque ossa* 4 6 *resurgit* codd., *resurget* Rossi 7 Verg. Aen. X 500 *nescia mens hominum fati sortisque futurae* 8 Verg. Aen. I 604 *mens sibi conscia recti,* Ouid. Fast. IV 311 *conscia mens recti*

93

Liberium lector mox et leuita secutus,
post Damasum, clarus totos quos uixit in annos,
fonte sacro magnus meruit sedere sacerdos,
cunctus ut populus pacem tunc soli clamaret.
hic pius, hic iustus felicia tempora fecit,
defensor magnus, multos ut nobiles ausus
regi subtraheret ecclesiae aula defendens.
misericors largus meruit per saecula nomen.
ter quinos populum qui rexit in annos amore,
nunc requiem sentit caelestia regna potitus.

Epitaphium Siricii papae sepulti in coemeterii Priscillae basilica s. Siluestri uia Salaria noua (Rossi Roma sott. I p. 138 sq. 176) ex L edidit Grut. 1171, 16, ex L et V Rossi IChr. II p. 102 n. 30 p. 138 n. 21 (inde Duchesne Lib. pontif. I p. 217)
Ad sanctum Siluestrum ubi ante pausauit super illo altare inscribit V, cf. Rossi l. c. p. 133 § 5 1 *Liberum* V. fuit igitur Siricius lector et post diaconus sub Liberio primum, qui sedit ab anno 352 ad 366, deinde sub Damaso diaconium tenuit, cui successit a. 384 2 *claros* V 3 cf. adn. 5* 4 *damnaret* L. lectionem codicis V tuetur Rossius ('sacerdoti *pacem clamare* est eum salutare, cum eo *communicare*: *cunctus populus* Siricium *solum* sublato dissensu et schismate *sacerdotem magnum* elegit acclamauit'), *cunctis ut populis pacem tunc solidam daret* Gruter, *cunctis ut populis pacem tutam solidaret* Papebroekius a Rossio citatus, *pacem tunc solidam amaret* proposuit Kroll Philol. 1892 p. 559. item uu. 6—9 lectiones codd. Rossius retinet, non perfectos hexametros sed 'quasi uersus' esse ratus 7 *aula* traditur et *aula* ecclesiae argute opposita est aulae regis: utrum pro *aulam* scriptum sit an (*ab*) *aula defendens ausus* nemo decernat. an *asyla*? 8 *meruit per saecula nomen* supra 41*, cf. 57,7 *teneant per saecula nomen* 9 *ter quinos*, sedit Siricius ab anno 384 ad 399 10 cf. 7,3 *caelestia regna petisti*

94

Fragmentum 'con grandi lettere ad apici ricciuti, del tipo di quelle che rozzamente imitarono le damasiane, massime nel secolo sesto' rep. a. 1864 in coemeterio Priscillae uia Salaria noua

. . . ISM . . .
. . . CPR . . .

Rossi, Bull. crist. 1880 p. 41. litterae ita sunt ordinatae ut fragmentum esse conicias tituli gemelli infra (103) posito uu. 9 et 10:

ATTICAFELICISMAGNI
SVMPTIBVSHOCPROPRIIS

95

Dum lucem cupimus tectis admittere, martyr,
nostra dies meruit lumen habere tuum.
te paradisus habet, lux est quaesita sepulchro,
ne tibi uel tumulum mortis imago grauet.

Tetrastichum subiunctum elogio Mareae presbyteri (*Digne tenes praemium Marea pro nomine Christi* e. q. s.) traditur in P et L. de loco non constat, probabiliter tamen Rossius ad uiam Salariam siue nouam siue ueterem rettulit, IChr. II p. 83, 24 p. 117, 99, cf. Bull. crist. 1869 p. 17 sqq. 1882 p. 60. ex L Gruterus ediderat 1176, 13

1 *lucem* om. P | *cupimur* L | *martis* L, *mortis* Grut. || 3 *paradysus* L | *quaerita* L || 4 *mortis* Rossi recte, *mentis* P, om. L

Ad u. 1 cf. 83,4.8 3 *nunc paradisus habet* 21*,7 (u. adn.)

4 *et plurima mortis imago* Verg. Aen. II 369. cf. Ouid. Tr. I 11, 23 *mortis imago* (id. saepius), Petron. sat. 124 u. 257 *et lurida mortis imago.* Hilarii Genesis 64 (Corp. scr. eccl. lat. XXIII p. 233) *nox mortis imago est.* Inc. adu. Marcionem III 96 *nox est mortis imago.* Paul. Nol. XXXIII 69 *dum fallit mortis imago*

96

Aspice descensum, cer]nes mira[bi]le fact[um. ☧
sanctorum monumenta u]ides [pat]efact[a sepu]lcrhis.
martyris hic Proti tumul]us iacet adque Yachinti,
quem cum iam dudum te]geret mons, terra, caligo,
hoc Theodorus opus const]rucxit presbyter instans,
ut domini plebem opera] maiora tenerent. ☧

Pertinet ad monumentum ss. Proti et Hyacinthi in coemeterio Hermetis uia Pinciana, ubi fragmenta marmoris nuper in lucem redierunt, Rossi Bull. crist. 1894 p. 32 sqq. (cf. p. 107. 112. 119), Gatti Notizie degli scavi 1894 p. 144. integrum seruauit L. Grut. 1173, 11, Baronius a. 384, Sarazani n. 33, Merenda n. 27, Mai Script. uet. V p. 400, 4; Rossi IChr. II p. 108 n. 58; Buecheler Anth. epigr. n. 852. Theodorus ille qui *opus construcxit* aequalis fere Damasi putari potest idemque carmen haud elegans uidetur condidisse. litterae enim, etsi teste Rossio typum Philocalianum prae se ferant, paullo neglegentius insculptae sunt 'rivelanti la mano piuttosto d' un apprendista, che quella del famoso calligrafo Furio Dionisio Filocalo'. adde orthographica Philocalianis parum consentanea u. 2 *sepulcrhis*, 3 *adque Yachinti* (*atque iacincti* L), 5 *construcxit*, et monogramma uersibus primo et extremo adiectum ☧, quod in titulis uere Damasianis adhuc non comparuit; denique stilus diuersus est (Mus. Rhen. L p. 198). Damasianum de iisdem martyribus carmen supra n. 49 habes, cf. etiam quod sequitur n. 97

1 *aspice descensum,* hinc carminis 19 uersum primum Rossius explere conatus est. comparat Amend p. 11 Dracontii initium *aspice despectum* de deo I 747 3 *martyris hic Mauri tumulus* 44. YACINTHI in exemplo Gattii, cf. adn. 49,4 5 Verg. Aen. I 504 *instans operi*. cf. 85,12 6 cf. 33*, 9 *merui plebem Christi retinere sacerdos*

97

Martiribus sanctis Proto pariterque Hiacyntho
Simmachus hoc paruo beneratus honore patronos
exornabit opus, sub quo pia corpora rursus
condidit; his aeuo laus sit perennis in omni.

Epigramma Symmachi pontificis, qui sedit ab anno 498 ad 514, e schedis Fuluii Vrsini ediderunt Marinius apud Maium Script. uet. V p. 148, 4 et Rossi IChr. II p. 42. ex Rossio Grisar Zeitschrift f. kathol. Theologie XIIII 1889 p. 107, Duchesne Lib. pontif. I p. 266. cf. Lib. pontif. I p. 261 (Symmachus fecit) *confessionem sancti Cassiani et sanctorum Proti et Yacinthi.* epigramma ad ipsum sepulcrum uia Pinciana situm (cf. 49 et 96) uidetur pertinere, non ad 'confessionem' i. e. reliquiarum loculum a Symmacho ornatum in aede s. Andreae apostoli ad basilicam Vaticanam, u. Rossium l. c. p. 207 et 457 sq. retinui orthographiae formas traditas saeculo sexto conuenientes, sed fortasse non genuinas

1 stilum sapit Damasi, *martyribus sanctis* 42 (cf. 91), *pariterque* 23. 47. 61. de *Hiacyntho* u. adn. 49,4

98

Felix digna tulit parum munera Cristi
Et suo con(ten)tus habuit per saecula nomen
Laetificum renouans pri(ma ab ori)gine tempus
Infandaqu(e fu)giens istius iurgia saecli.
Certum est in regn(um caeli) perque amoena uirecta
Istum cum electis ire et habitu(ru)m praemia digna,
Semper et adsiduae benedici pro munere tali.
qui uixit an. LXIIII m. VIII d. XXIII, dep. VI id. Ian.
Fl. Stilicone cons.

Acrostichum mendosissime insculptum a lapicida ad pariles litteras aberrante. rep. uia Pinciana in coemeterio Hermetis. Gatti Notizie degli scavi 1894 p. 143, Rossi Bull. crist. 1894 p. 24 et 64, Buecheler Anth. epigr. n. 858. expleuerunt Rossi et Buecheler. omitto leuiora peccata ut u. 1 *dicna iulit*

1 post *parum* Rossius *senex* inserit, sed *parum* corruptum uidetur, cogitari possunt qualia Buecheler proposuit *par summis*, *parua re*, *paru diues*, *paruorum*, hoc non male conl. euang. Marci X 15. cf. 84,12 *dignum munus* 2 cf. 28* *contentusque suo*. de clausula u. adn. 41,3 et 57,7 3 *prigine* lapis. cf. Verg. Aen. I 372 *prima repetens ab origine pergam*, Ouid. ex Ponto IV 8, 17 *ab origine prima* 4 *infandaquciens* lapis. Ouid. Fast. I 73 *insanaque iurgia* 5 *regnierque* lapis. clausula Vergili Aen. VI 638 *et amoena uirecta*, supra 86[b] *sequitur per amoena uirecta* 6 *ire et* Buecheler pro *erit*, *habiturum* idem pro *habitum* 9 EL pro FL lapis. consul est anni 400

99

Hic furor hostilis templum uiolauit, iniquus
cum premeret uallo moenia septa Getes.
nullius hoc potuit temeraria dextera gentis,
haec modo permissa est quod peritura fuit.

nil grauat hoc tumulo sanctorum pessimus hostis,
materiam potius repperit alma fides,
in melius siquidem reparato fulget honore,
cum scelere hostili creuit amor tumulis.
suscipe nunc gratus deuotae munera mentis,
Diogenis martyr, cui dedit ista uolens.

Ad sepulcrum Diogenis martyris uia Salaria uetere pertinere putatur (Rossi Roma sott. I p. 176. 177). ex L ediderunt Grut. 1170, 13 (inde Baronius a. 384) et Marinius apud Maium Script. uet. V p. 120, ex P et L Rossi IChr. II p. 83 n. 25 p. 100 n. 13 (ab hoc Duchesne Lib. pontif. I p. 293). non ante saeculum sextum titulum positum esse ex argumento apparet (cf. n. 83. 87. 89). adiungit L distichum

quisquis ad hoc templum petiturus dona recurris,
spes tibi sit: larga est munere uera fides

ab hoc carmine alienum, cf. Rossi l. c. p. 80 n. 9
1 *iniquos* P 2 *gentes* P 3 *gentes* P 4 caue mutes quidquam. cf. 89,1 *dum peritura Getae posuissent castra sub urbe* 6 *potium* P 7 *fulgit* L 9 *hoc hoc* pro *nunc* et *deuote munere* P. cf. 84,2 *deuota mente*

100

Adonis martyrol. ad d. 26 Nou. (= Acta SS. Sept. VI p. 228) *sanctus autem Crescentianus et hi qui cum illo erant reuelante martyre tulerunt sanctas reliquias* (scil. Alexandri martyris) *et sepelierunt in loco, ubi orans fornacis ignem extinxerat, et posuit supra scriptum marmor continens:*

hic requiescit sanctus et uenerabilis martyr Alexander
episcopus, cuius depositio celebratur XI kal. Octobres.

cui papa Damasus postmodum cryptam condignam faciens illic eum sexto kal. Dec. transposuit, quando et festiuitatem ei dicauit. martyris monumentum uia Cassia situm erat prope Baccanum. Rossi Bull. crist. 1875 p. 146 sqq. 1884—1885 p. 24. inscriptio usui Damasiano non conuenit

101

Iste salutares fons continet inclitus undas
et solet humanam purificare luem.
munia sacrati quae sint uis scire liquoris:
dant regnatricem flumina sancta fidem.
ablue fonte sacro ueteris contagia uitae,
o nimium felix, uiue renatus aqua.
hunc fontem quicumque petit, terrena relinquit,
subicit et pedibus caeca ministeria.

Scriptum fuit 'ad fontem' ecclesiae s. Laurentii in Damaso teste V, ubi distichum Damasi n. 55 praecedit. post Sirmondum (ad Sidon. Apoll. III ep. 12, unde pendent Sarazani n. 38 et Marinius ap. Maium Script. uet. V p. 170, 1) edidit Rossius IChr. II p. 135 n. 6. Damaso iam Merenda abiudicauerat p. 241 ad n. 35, cf. Rossi Bull. crist. 1884—1885 p. 10. similis argumenti epigrammata n. 72—74. 105

1 *salutaris* Sarazani 5 *ablue fonte manus* 74,8 6 Stat. Silu. V 5, 59 *o nimium felix*, III 3, 25 *felix, a, nimium felix.* cf. Verg. Georg. II 458 *o fortunatos nimium*

102

Non mirum est, fallax nimium quod flamma minatur
martyris et corpus nil nocitura cremat.
namque docet fidei magnam sine uindice poena
ad caelum mediis ignibus esse uiam.
hunc etenim fruitur martyr Laurentius ignem
et meritis summis ne moriatur agit.

Ex L, qui solus seruauit cum lemmate *in eandem beati Laurentii martyris*, ediderunt Grut. 1164, 12, Marinius apud Maium Script. uet. V p. 33, 3, Rossi IChr. II p. 151, 24. Damaso uindicauerunt argumentis non adlatis Baronius a. 384 et Sarazanius n. 19, fortasse quia in codice praecedit carmen Damasianum 57; utrumque enim legebatur in ecclesia s. Laurentii in Damaso. iure damnauit Merenda (ad n. 14)

2 *ac corpus* Grut. 3 *uindice poena* clausula Catulli 64, 192, cf. Ouid. Met. I 230 *uindice flamma*, Petron. sat. 119 u. 50 *sine uindice praeda*

103

Quisquis plena deo mysteria mente requiris,
    huc accede, domus religiosa patet.
haec sunt tecta pio semper deuota timori
    auditumque deus commodat hic precibus.
ergo letiferos propera conpescere sensus,
    iam propera sacras laetus adire fores,
ut transacta queas deponere crimina uitae
    et quicquid scelerum noxius error habet.
Attica Felicis Magni clarissima coniunx
    sumptibus hoc propriis aedificauit opus.

Fuit in ecclesia s. Laurentii in Damaso teste codice L, qui solus seruauit. Gruter. 1164, 13, Marinius ap. Mai Scr. uet. V p. 136, 1, Rossi IChr. II p. 151 n. 25. cum Sarazanius (n. 20) adnotet Atticam uxorem fuisse Felicis Magni clarissimi uiri, ad quem Sidonius Apollinaris carmen scripsit IX (cf. XXIV 91), parum intellego, cur hoc carmen in Damasianorum numerum receperit (cf. etiam Baron. Ann. a. 384)

1 *riquiris* codex 5. 7 *laetiferos* et *quaeas* codex. cf. 68,4 *domuisti crimina uitae* 9. 10 cf. fragmentum 94 10 in titulo Siluii presbyteri CIL V 6817 (Rossi IChr. II p. 173, 36) *hoc proprio sumptu diuino munere dignus aedificauit opus*

104

Antistes Damasus picturae ornarat honore
    tecta, quibus nunc dant pulchra metalla decus.
diuite testatur pretiosior aula nitore,
    quos rerum effectus possit habere fides.
papae Hilari meritis olim deuota Seueri
    nec non Cassiae mens dedit ista deo.

In absida sanctae Ana[sta]siae E, *in ecclesia sanctae Anastasie in troñ* L, Rossi IChr. II p. 24 n. 25 (= CIL VI 1 p. XI n. 23) et p. 150 n. 18. ex L ediderunt Grut. 1164, 6, Baronius a. 384, Sarazani ad n. 17, Riuinus n. 19, Marinius apud Maium Script. uet. V p. 117, 2. extabat etiam in codice Heluetico uetusto Einsidlensi simillimo, de quo uide Rossium l. c. p. 11 sq. et p. 341. Damaso Riuinus tribuit temere

5 sedit Hilarus papa ab anno 461 ad 468, Lib. pontif. I p. 242 sqq.

105

Qui peccatorum sordes abolere priorum
terrenisque optas maculis absoluere uitam,
huc ades ad Christi fontem sacrumque liquorem,
corpus ubi ac mentes pariter sensusque lauantur
aeternumque datur casto baptismate munus.
hanc autem fidei sedem construxit ab imo
militiae clarus titulis aulaeque fidelis
Romanaeque urbis praefectus Longinianus.

In s. Anastasiae in Palatino fuit 'ad fontes'. seruauit L, ubi praecedit epigramma n. 104. Grut. 1164, 7 (inde Sarazani n. 40, Merenda ad n. 36), Marinius apud Maium Script. uet. V p. 169, 1, Rossi IChr. II p. 150 n. 19, Buecheler Anth. epigr. n. 311. male inter Damasiana receptum est (Rossi Bull. crist. 1884—1885 p 10). de argumento cf. n. 72—74. 101

1 *piorum* Grut. 3 *huc ades* Verg. Ecl. II 45 VII 9, Petron. sat. 133 (u. 5) 4 *minies* L, em. Grut. 5 *aeternamque* cod. 6 *ab uno* Grut. perperam 8 *longimanus* codex. de Flauio Macrobio Longiniano (CIL VI 1188—1190) praefecto urbi a. 403, praefecto praetorio Italiae a. 406—408 uide Seeckii praef. in edit. Symmach. p. CLXXXVIII et supra adnotata ad n. 5*

106

Antistes domini celsa sacraria Christi,
uestibulum decorat gratia pulchra loci.
quae quia compta nitet primaque in fronte renidet,
ostendit quantum numinis intus inest.

quis tantas Christo uenerandas condidit aedes,
si quaeris: cultor Pammachius fidei.

In introitu ecclesiae Iohannis et Pauli fuit teste L, qui solus seruauit. Grut. 1164, 8 (inde Riuinus n. 20), Marinius apud Maium Script. uet. V p. 132, 3, Rossi IChr. II p. 150, 20, Germano di S. Stanislao La casa celimontana dei ss. martiri Giovanni et Paolo (Romae 1894) p. 359 sqq.

1 *dicat haec* pro *celsa* Riuinus proposuit, sed temere *Damasus* pro *domini*. Rossius antistitis nomen desiderans coniecit *antistes domini Leo,* quod probat Germano Leonem I (a. 440—461) intellegens (Hadrianus pontifex *titulum Pammachii sanctorum Iohannis et Pauli, quod per elapsos marcuerat annos, omnia sarta tecta eidem titulo renouauit* teste Lib. pont. I p. 510); nihil uidetur deesse. cum clausula cf. Verg. Aen. XII 199 *duri sacraria Ditis* 2 *pulcra* Grut. 3 *renitet* codex, em. Grut. 4 Rossi l. c. p. 99, 12 *claustra docent intus inesse deum* 5 Pammachius uir ille christianus creditur esse, quem non semel laudant Hieronymus et Paulinus Nolanus, cf. Germano l. c. p. 268 sqq. 356 sqq.

107

Virginis hic tenerae, lector, miserere sepulchro:
unius huic lustri uix fuit arta dies.
o quam longinquae fuerat dignissima uitae,
heu, cuius uiuit nunc sine fine dolor!
addamus meritis lacrimas tam mortis acerbae,
nam quae grata forent, sunt modo flenda diu.
haec Theodote habuit nomen, quae gaudia matris
perculit aeterno uulnere rapta cito.
sola tamen tanti restant solamina luctus,
quod tales animae protinus astra petunt.

vixit ann. IIII, mens. VIII, d. XXV. dep. III non. Sept. ind....

In ss. Quattuor Coronatorum Petrus Sabinus apud Rossium IChr. II p. 440 et cod. Vallicell. G 28 p. 49 (u. supra adnot. ad n. 31). locum non indicant PL, Rossi l. c. p. 90, 50 p. 100, 16.

ex L sumpsit Grut. 1171, 12 (inde Riuinus n. 22), 'e suo uetere manuscripto' Fabretti Inscr. ant. p. 190 n. 439, a quo pendent Burmannus Anth. II p. 86 et Meyerus Anth. n. 1258. pleniore apparatu instruxit Rossi ICh. I p. 534 n. 1179. titulus uix ante sextum saeculum positus est (Rossi l. c. I p. 533)

1 *tenere* P et sic fere semper *e* pro *ae* | *misere* P || 2 *lustra* P | *arcta* Fabr., *acta* Burmann. || 3 *hoc quam* P, *o quae* Sirmond. in schedis | *longissima* Sabinus || 4 *haec quae* Sirmond. || 5 *adamasus* P | *meritas lacrumas* Sirmond. | *acerbae* Sab. Grut. Sirmond. || 6 *namque* PL || 7 *hec modo theo te* P, *haec et theodata* cod. Vall. (*Theodorae* Grut.) | *quia* pro *quae* P || 8 *cuncta* pro *rapta* P || 9 *solamina casus* Sab. || 10 *protenus* P || 11 om. Sabinus PL | AN·IIII·MEN·VII Fabr. (MEN·VI Sirmond.) | NO·SEP· Fabr. | indictionis notulam solus Vallic. seruauit

Ad u. 1 superflua Burmanni coniectura *sepultae* pro *sepulchro*, *misereri* cum dat. structura apud posteriores inde a saeculo IV satis frequens, u. Roensch Itala p. 413, Kaulen Handbuch zur Vulgata p. 227, Goelzer Etude lexicographique et grammaticale de la latinité de St. Jérôme (Paris 1884) p. 279

9 Verg. Aen. VI 377 *duri solacia casus*, XI 62 *solacia luctus*, inde *solacia luctus* in epigrammate Antiati Eph. epigr. VIII p. 159, 648 u. 9 (= Buecheler Anth. lat. n. 654) et in elogio Nymphii Anth. lat. Riesii 722, 19. supra 53,9 *solacia fletus*

INDICES*)

I NOMINA PROPRIA

*) Vocabula Damasiana litteris latius dispositis distinguuntur

II INDEX VERBORVM ET LOCVTIONVM*)

*) Damasiana recepta sunt omnia (nn. 1—62a), ex reliquis plurima

M

Q

V

III NOTABILIA

Metra

dactyli: hexametris Damasiana omnia composita praeter 32 *et* 55
(*monostichum* 56*)
hexametri rustici 76. 82,7. 93. 98
disticha 5*. 32. 55. 72—74. 77. 78. 80. 82. 83. 86. 87. 89. 95. 99. 101—104. 106. 107
tetram. dact. catal. in syll. 71
iambi: dimetri 70
inscriptiones soluta oratione 6*. 22. 24. 38*. 39*. 45. 50*. 51*. 62a*. 100 (*cf.* 18. 23. 31. 33*. 34*. 53. 76. 77. 78. 85. 98. 107)

Metrica et prosodiaca

acrostichides 82 (LEONIS). 84 (CONSTANTINA DEO). 85 (AFRODITE H·F·). 98 (FELICIS)
acrostichides et telestichides 64 *et* 65 (IESVS)
clausulae uersuum inter se consonantes in hymnis 70. 71 (*in Damasianis casui tribuenda qualia sunt* 2 secutus — Paulus — uectus, 17 honorem — amorem, 18 dolere — flere, 53 pudore — amore)
correptio syllabae longae beătissime *perperam trad. pro* sanctissime 2,25 (*cf.* 30. 31). clămaret 93. dĕfendens 93. dĕlicti? 44 (*u. adn.*). dĕuotam 76a (*cf.* 37). ĕlegans 71,5. făbulas 3*. frătremque *coni. falsa* 52. găuisa 71,15. hĭc 72,2. lŭgubres 40. sacrămenta 14,6 (*u. adn.*). <Săturnini 46,12>. uĕsana 81. rĕtulit 29. rĕtulisse 40. sŭplicet 71,22
nominum propriorum usus liberior e. gr. Ĭrene 10,2. Tĭburti 30,5
correptio finalium <sanctĭ 46,12>. solĭ 93. posteă 29 (posteăquam 46). octogintă 33*. sexagintă 43. ipsŏ 70,6 (*u. adn.*). <fidĕ 11,8>. intemerată (*abl.*)? 7 (*u. adn.*). annŏs 93. nobilĕs (*acc.*) 93. natĭs 41*

Orthographica et grammatica

t *pro* tt *metri causa* retulit 29. retulisse 40 (*lapis*)
b *et* p labsos, scribsit 18 (*lapis*). lapsos 48 (*codd.*). optulit 13 (*cod.*)
p *pro* pp *metri causa* suplicet 71,22 (suppl. *codd.*)
f *et* ph Afrodite 85 (*lapis*). Filocalus 18 (*lapis*). profeta 33* (*lapis,* proph.*codd.* 2. 21*). triumfos 8 (*lapis,* triumph. *codd.* 2. 23. 42)
h *addita* humor 4 (*lapis*). hornat 82 (*lapis*)
omissa Adrias 78. Cristi 98 (*lapis*). scisma 37 (*cod., sed* thalami 53 *lapis*). Timoteus 38* (*lapis*). sepulcra 12 (*lapis*). pulcra 53 (*lapis*), *sed* sepulchrum, sepulchra 27. 89 *lapides* (sepulcrhis 96 *in lapide neglegenter insculpto*). Yachinti 96 *lapis* (*cf.* 49 *c. adn.*)
cx construcxit 96 (*lapis*)
quidquid 4 (*lapis*), quicquid *et* quidquid *codd.* 33*
adgressus 4 *lapis* (*inde scribendum* adsiduis 2,4). adsiduae 98
inmensi 4. inmensum 40. inluuiem 27 *lapides* (*ergo* conloquiis 2,15)
conponere, componere *sim. codd. promiscue.* composuit 33* (*lapis*). conposuit, conpleuerat 76 (*lapis*)

---

menda lapicidarum 21*. 98

---

declinatio
Agnen 40,2
scisma (*abl.*) 37,2
uersos 76
quis (= quibus) 12. 14. 56*

coniugatio
abiit 53 (*u. adn.* 79,7)
dedere, meruere, petiere *sim. ita semper Damasus, item* mutasti, mundasse, nosse *sim.* (*u. ind. II*)
rustice uidis 82

aduerbia
mage 12. 19 (magis 20*. 29)

syntaxis
fruitur ignem 102. regna potitus 93. miserere sepulchro 107. Christo credidit 75
dignissima uitae 107
haec permissa est 99
quantum inest, quis condidit 106
fac cernere 62*. faciet surgere 9
donasti noscere 62*
caue te subdere 3*. meruit *c. inf.* 2. 26. 33*. 46. 93. 95. meruit ut esset 37. promeruit noscere 2,12. praedixit lapsos crimina flere 48
credo quia faciet 9. monstrauit quod potuit uincere 27
postquam iacuisse 29
parenthesis: cognosce 53. cognoscite 7.53.76. fateor 2,25. 10. 12. 57. fatemur 52,2? (*u. adn.*). rogo quaeso 62*. quid multis 53. (*cf.* precor 30. 40. 52)
copulae: de et *copula u. adn.* 11,9. Paulusque Iohannes 58*

Compendia

in carminibus Damasianis occurrunt haec
Q· (= que) 8 (*bis*). 12. 18. 19.

IV INITIA CARMINVM

V INDEX TOPOGRAPHICVS[1])

A Monumenta suburbana digesta per ordinem uiarum

[1]) Carmina Damasiana 1—3 non lapidibus inscripta fuisse supra monui. idem cadit in nn. 63—71

B Monumenta urbana

C Extra urbem Romam

Ordo epigrammatum

editionum Sarazanii Riuini Merendae cum hace comparatus

Merendae	Saraz.	Riuin.	huius edit.
n. 1	n. 15	n. —	n. 1
2	9	5	68
3	10	6	66
4	7	3	64
5	8	4	65
6	11	7	67
7	1	9	2
8	4	1	70
9	30	43	26
10	—	—	13
11	26	31	48
12	—	30	18
13	34	44	11
14	37	37	32
15	6	15	61
16	22	23	42
17	31	35	27
18	35	36	14
19	14	12	31
20	25	41	46
21	21	21	44
22	32	42	52
23	12	14	29
24	24	40	7
25	23	26	8
26	27	32	49
27	33	—	96
28	36	28	87
29	2	10	40
30	5	2	71
31	28	33	10
32	13	13	53

Merendae		Saraz.	Riuin.	huius edit.
	n. 33	n. 29	n. 34	n. 12
	34	16	16	9
	35	18	17	57
	36	39	38	4
	37	17	18	5*
Append.	I	—	—	33*
	II	—	27	43
	III	—	—	41*
	IV	—	—	21*
	V	—	—	85
	— (cf. adn. ad 29)	3	11	84
	—	19	—	102
	—	20	—	103
	—	38	—	101
	—	40	—	105
	—	—	19	104
	—	—	20	106
	—	—	22	107
	—	—	24	89
	—	—	25	92
	—	—	29	80
	—	—	39	75

ADDENDA ET CORRIGENDA

Ad n. 8 De actis martyrum nuper egit FSchaefer Roem. Quartalschrift VIII 1894 p. 89 sqq.

n. 32 Anthologiae epigr. inseruit Buecheler n. 903

n. 44 u. 3 mensurae *decōrans* exemplum LMueller de re metr. p. 364 (edit. II 1894 p. 454) profert ex Corippi Iohann. III 300, quod num recte se habeat licet dubitari

n. 49 p. 53, 13 pro *Hiacynthe* scribe *Hiacyntho*

n. 53 u. 7 cf. Buecheler Anth. epigr. n. 904

n. 60d in delineatione errore omissum est uestigium I litterae quod cernitur infra C litteram

n. 72 cf. addend. ad n. 101

n. 74 Buecheler Anth. epigr. n. 913 distinguens ad exemplum NicLaurentii

n. 78 Buecheler n. 911 retinet codicum lectiones u. 4 *funerea*, 5 *Hippoliti*, 9 *mundatus*

n. 81 u. 1 *rabidas*, ut monuit Buecheler, de more Ouidi ac poetarum, e. gr. Metam. VII 413 *rabida ira*

n. 82 Buecheler de u. 3 haec mecum communicauit: 'potuit (neque enim plus quam potuisse dixerim) *surgunt huic facta topaso*: tum sequens uersus ad pontificatum martyris respicit et *natus* quod in istis nihil ualere uidetur, in fugato papa aliquam uim accipit. alia quoque mentem subiere (cf. Iuuenal. VI 153 *Iaso*), sed nimis aut inusitata aut per se improbabilia'.

n. 89 Buecheler Anth. epigr. n. 917

n. 101 similiter statuendum esse Buecheler monet atque de superiore n. 74 per singula columnatae circa fontem aediculae latera disticha distributa fuisse

n. 104 Buecheler Anth. epigr. n. 915

CONSPECTVS LIBELLI



IV (n. 12)



V (n. 27)





Aus Natur und Geisteswelt

Sammlung wissenschaftlich-gemeinverständlicher Darstellungen aus allen Gebieten des Wissens

Geheftet 1 Mark.

in Bändchen von 130–160 Seiten. Jedes Bändchen ist in sich abgeschlossen und einzeln käuflich.

Gebunden Mk. 1.25.

n erschöpfender und allgemein-verständlicher Behandlung werden in abeschlossenen Bänden auf wissenschaftlicher Grundlage ruhende Darstellungen ichtiger Gebiete in planvoller Beschränkung aus allen Zweigen des Wissens eboten, die von allgemeinem Interesse sind und dauernden Nutzen gewähren.

ompeji, eine hellenistische Stadt in Italien. Von Hofrat rofessor Dr. Fr. v. Duhn. Mit 62 Abbildungen.

ucht, durch zahlreiche Abbildungen unterstützt, an dem besonders greifbaren Beispiel Pompejis ie Übertragung der griechischen Kultur und Kunst nach Italien, ihr Werden zur Weltkultur nd Weltkunst verständlich zu machen, wobei die Hauptphasen der Entwicklung Pompejis, mmer im Hinblick auf die gestaltende Bedeutung, die gerade der Hellenismus für die Ausildung der Stadt, ihres Lebens und Kunstformen gehabt hat, zur Darstellung gelangen.

ulturbilder aus griechischen Städten. Von Oberlehrer Dr. Erich iebarth. Mit 22 Abbildungen im Text und 1 Tafel.

ucht ein anschauliches Bild zu entwerfen von dem Aussehen einer altgriechischen Stadt und on dem städtischen Leben in ihr, auf Grund der Ausgrabungen und der inschriftlichen Denkäler; die altgriechischen Verhältnisse Athens, Pergamon, Priene, Milet, der Tempel von Didyma erden geschildert. [illegible]

chrift- und Buchwesen in alter und neuer Zeit. Von Professor r. O. Weise. 2. Auflage. Mit 37 Abbildungen.

[illegible]

ie deutschen Volksstämme und Landschaften. Von Professor r. O. Weise. 2. Auflage. Mit 29 Abbildungen im Text und auf 15 Tafeln.

[illegible]

as deutsche Bildungswesen in seiner geschichtlichen Entwicklung. Von Professor Dr. Friedrich Paulsen.

[illegible]

as deutsche Drama des neunzehnten Jahrhunderts. In seiner ntwicklung dargestellt von Professor Dr. G. Witkowski. 2. Auflage. it einem Bildnis Hebbels.

[illegible]

Verlag von B. G. Teubner in Leipzig und Berlin.